IOS. M. SCHNEIDT,

V. I. D. COM. PAL. CAES. CONS. AVL. WIRCEB. ET FVLDENS. PANDECT. ET IVRIS FRANCONICI IN VNIVERSITATE WIRCEBVRGENSI PROFESSORIS PVBL. ET ORD.

THESAVRVS IVRIS FRANCONICI

Oder

Sammlung

theils gedruckter theils ungedruckter

Abhandlungen, Dissertationen,

Programmen, Gutachten, Gesätze, Urkunden ꝛc. ꝛc.

welche das

Fränkische und besonders Hochfürstlich-Wirzburgische

Geistliche, Weltliche, Bürgerliche, Peinliche, Lehen- Polizey- und Kameralrecht

erläutern ꝛc.

Des ersten Abschnittes zwanzigstes Heft.

Wirzburg,

Im Verlage der Franz Xaver Riennerischen privil. Buchhandlung.

1789.

LIBER. III.

DE RERVM DIVISIONIBVS ET IVRIBVS.

TITVLVS I.

De rebus priuatorum dispositioni non subiectis, vt puta de rebus diuini iuris, de rebus humani iuris publicis, in specie iure forestorum, syluarum, venationis, metallorum, salinarum & rebus vniuersitatum.

§. CXLVI.

Quid res? & de rebus diuini Iuris in specie.

Rei vti apud Romanos ita & in Germania eiusque parte Franconia adeo late patens est appellatio, vt omne illud significet, quod in bonis aut est, aut esse potest; hinc iura, nomina, & actiones sub hac appellatione continentur. Primaria, quae occurrit, rerum diuisio est in res diuini & humani iuris, priscis germanis vix non incognita, introducta autem religione Christiana ex principiis iuris Ecclesiastici diiudicanda: vbi specialis hanc in rem anno 1693. prodiit Ordinatio z), ad quam cum ciuilia non tangat, lectorem ablego.

§. CXLVII.

z) Conf. die Wirzburgische Kirchen-Ordnung de 1693. I. Abschn. XX. Heft. Kkkkkkkkkk

§. CXLVII.

Res sanctae. Rerum sanctarum, siue sanctione munitarum, nomine designantur omnes eae, quae vel ob singularum, quae Domino debetur, reuerentiam, vel ob magnam, quam Reipublicae praestant vtilitatem, in singularem Reipublicae protectionem recipiuntur, vt, qui easdem violare audeat, seuerius puniatur. Huc referuntur potissimum Residentiae, aedes & personae legatorum, Pax Burgi, der Burgfried, Principes, Parentes, Tutores, Dicasteria, viae publicae, termini & certo sub respectu pax domestica, der Hausfried, Molendina, aratra, curiae, banna, foresta, phasiani & alia eiusmodi.

§. CXLVIII.

Publicae res. In rebus humani iuris eminent publicae res, & ratione harum magna inter ius peregrinum & germanicum differentia intercedit: quae enim ex placitis Iuris Romani publicae dicebantur, vt proprietas scilicet sit penes rempublicam, vsus autem omnium, qui sunt de republica: eae plerumque hodie in proprietate & vsu Principum nostrorum sunt constitutae; & tanquam bona adespota Principibus vel sunt reseruata, vel per vsum in ius priuatiuum illorum translata.

§. CXLIX.

§. CXLIX.

De fluminibus. Flumina ergo, quae rebus publicis ex ſententia Iuris Romani accenſentur, hodie in Principum eſſe poteſtate dominioque extra omnem dubitationem poſitum eſt; & licet ſint, qui hanc Principum poteſtatem ad maiora demum flumina volunt reſtringere, haec ipſa tamen diſtinctio legibus probata non eſt, atque adeo Principes Ius in omnia flumina ita fundatum habent, vt, qui actum aliquem dominii in iisdem exercere velit, Principis conſenſu ſe munire debeat. *

§. CL.

De Molendinis & Molitoribus. Ad praecipuos Dominii fluuiorum effectus refertur ius exſtruendi molendina (das Recht Mühlen anzulegen:) iam quod ad flumina publica attinet, cum haec in Dominio Principum ſint, priuatis nonniſi Principe conſentiente molendina aedificare licet: quo fit, vt molendina ſaepe in feudum data vel pro certo cenſu

* Paradoxum ergo eſt Aſſertum Comitis DE FVGGER in ſuo Schediaſmate, quod ſub titulo: Abhandlung über die Gränzen der dem hohen Kurthum Maynz über den Maynſtrom ꝛc. zuſtehenden Oberherrſchaft. Frankf. 8. emiſit, dum Dominium Moeni vſque ad Loram Electoratui Moguntino competere aſſerit, ſicque in Iura Wirceburgenſia aperte inuolat.

(Mühlen-Wasser-Zinns) concessa esse intelligantur; vbi occasione huius de molitoribus notandum, quod cum antea in erectione patibuli debuerint trabes eleuare, hoc illis specialiter Priuilegio de 2 Mart. 1700 *a*) fuerit remissum, illisque ratione quanti molinarii Mitz, Staub, Abgang, 2c. certa regula fuerit praescripta. *b*)

§. CLI.

De Insulis & alluuione. Eadem de causa Insulae, Werder, in flumine publico natae & alluuiones fundo, qui iam suos fines determinatos habet, praecipue maiores ex consensu vix non omnium Jurisconsultorum germanorum Principibus vi dominii in flumina ripasque competunt: aliter tamen & vix non Iuri Romano conformiter in Franconia obseruari sueuit *c*).

§. CLII.

De Iure Grutiae & Traiectus. In fluminibus publicis solus Princeps ius grutiae quoque & traiectus exercet. Ius Grutiae (Flöß-Recht) denotat ius ligna flumine secundo extra nauigium ad locum aliquem

a) Legitur illud in Thes. Iur. Franc. Sect. II. pag. 1520.

b) Ordinatio de anno 1725. 6ta Junii & Mand. de 1654. & 6ta Iulii 1655. & 4. Dec 1667.

c) Proiectum Ord. Prou. In Thes. Iur. Franc. Sect. I. Op. IV. §. 102. pag. 192

quem deuehendi. Ius traiectus autem, ſiue Fahr-Recht, ſignificat Ius exſtructo pontone res & perſonas pro certa mercede traiiciendi; vtrumque ius licet ſoli Principi in fluminibus publicis tribuendum ſit, priuatis tamen vel titulo feudi vel conductionis concedi poteſt, ſoletque; pertinet & huc Ius Geranii & Stapulae, quod prius & hic & Kitzingae poſterius vero ratione lignorum & mercium lignearum per triduum exercetur. *d)*

§. CLIII.

De Piſcatione &c. Ex eodem dominii fluuiorum fonte ius piſcandi in flumine publico, & piſcationem legibus *e)* ornandi; ius aurum fluuiatile (Waſchgold) colligendi, itemque Ius rerum in littore inuentarum promanat: cum enim Principi dominium in omnes res in nullius hominis poteſtate conſtitutas, quae adeſpotae vocantur, tribuatur, eaeque ſi vel magni ſint momenti, vt ſuccinum, gemmae, & id genus aliae, vel frequentius praeſertim in

d) Mand. de 7. Iul. 1749.

e) Tales Ordinationes, vbi ſimul & tempus ac modus piſcandi praeſcribitur, variae prodiere, M. nach Pfingſt. 1548. Mittwoch Palmarum 1556. 1 Sept. 1570. 2 Auguſt. 1770. 6 März 1766. & 14 Auguſt. 1730. Mand. de 4 Nov. 1720. §. 14.

in flumine inueniantur, peculiaribus ſanctionibus fiſco vindicari ſoleant; mirandum non eſt, animalia quoque, aliasque res, quae in fluminibus eorumque ripis inueniuntur, Principis dominio ſimiliter vindicari, quae tamen Iura priuatis ſaepe etiam per modum feudi concedi ſolent *f*). Semper tamen iurium horum violatores ſeuere, inſtar feripetarum, puniuntur. *g*)

§. CLIV.

De Foreſtis in genere. Alteram rerum publicarum ſpeciem conſtituunt foreſta & ſyluae. Foreſtum plerumque denotat determinatam ſyluae, montium conualliumque partem, cui peculiaris officialis, quem foreſtarium ſ. Förſter vocant, praepoſitus eſt, interdum vero ſyluam prohibitione ſiue banno, de non vſurpanda venatione & lignatione munitam, quam tamen foreſtum bannarium, Bannforſt, Heeg, appellare ſolent. Complexus Iurium domino foreſti, qua tali, competentium, Ius foreſti, ſeu Forſtrecht, nuncupatur. Iam licet pleraque foreſta per vniuerſam Germaniam in dominio Principum ſint; ſunt tamen

f) Sic Telonium de piſcibus, Tribui piſcatorum in Feudum collatum eſt. Mand. de 11 Mart. 1643.

g) Mand. de 4. Nou. 1720. §. 16. Mand. de 25 Nou. 1746. & 2. Aug. 1770. §. 16.

men & priuatis vel vniuerſitatibus ſua foreſta: quo fit, vt recte in publica ſiue dominica & priuata diuidantur.

§. CLV.

De Superioritate & Iure foreſtali in ſpecie.

Iura in ſyluas & foreſta competentia vel ex ſuperioritate territoriali, vel ex dominio ſyluae, vel ex ſeruitute promanant. Ad illa refertur ſuperioritas & iurisdictio foreſtalis, ad haec autem ius venandi, vſus lignorum, & quae ſunt huius generis alia. Superioritas foreſtalis (die forſtliche Herrlichkeit, ſiue Obrigkeit, quae interdum regale foreſti, ſeu Forſtregal, dicitur) denotat ius Principis, vſum foreſtorum publicorum & priuatorum in ſalutem Reipublicae dirigendi; & ex hoc fonte Ordinationes foreſtales profluunt. Inde eſt, quod tales Ordinationes omnes, qui in territoria ſyluas habent, obligent. *h*)

Ordinationes tales plures extant in Franconia *i*) illius vero, quae pro principali modo haberi debet, de 28. Mart. 1721. contenta ſunt iſta: Iubentur §. 1. Officiales inuigilare, ne ratione terminorum foreſti, praecipue reſpectu confinantium extraneorum, aliquid

---

h) Mandatum de 14 Aug. 1730.

i) V. g. de 20 Iul. 1668. 28 Mart. 1721. 16 Febr. 1747.

damni detur. §. 2. iniungitur, ne ligna aut fundi caedui extra ordinem vel priuatim sed communiter ab omnibus officialibus syluae praepositis assignentur; & siquidem assignatio fiat per iugera, Morgenweis, tunc numerantur in iugerum 180 perticae, Ruthen, quarum quaeuis contineat 12 pedes Noricos, Nürnberger Schuhe, & singuli pedes 12 pollices Noricos Nürnberger Zoll. Longitudo autem segminis ligni, die Scheitlänge sit 3 pedum *k*). §. 3. determinatur pretium assignationis *l*) siue accidentia forestalia, & quidem de iugero 2 librae, 2 Pfund Geld oder 10 Schillinger: simulque praecipitur, vt ligna funditus resecentur, & in quouis iugero praeter arbores maiores sanas etiam 8. 10. 20. vel plures arbusculae (Heegreiser) relinquantur. §. 4. praefigitur terminus 1. Maii, quo ligna caesa vel sint omnia e syluis euecta, vel saltem ad loca innoxia translata *m*). §. 5. iubentur officiales, qui salaria sua lignaria iuxta numerum iugerum habent, ne pro iugero certam summam orgyarum, Klafter, sibi approprient, sed lignis ibi caesis contenti sint. *n*) §. vero 6. definitur capacitas orgyae,

---

k) Conf. Mand. de 8 Oct. 1736.

l) Adde Mand. de 5 Sept. 1742.

m) Iung. Mand. de 4 Aug. 1722.

n) Adde Mandatum de 31 Iulii 1726. 7 Dec. 1730. 23 Maii 1732. Abrogatum hoc est per Decretum Cam.

orgyáe, vt ſit 5. pedum in altitudinem & totidem in latitudinem. §. 7. & 8. ordinatur, vbi deſignandae ſint arbores, aedificiis adhibendae, & ne de arbore pro accidenti plus quam 2. bazii accipiantur. o) §. 9. determinatur, ne ius paſcendi in ſylwis habentes loca nouiter caeſa intra 7 annos, imo tamdiu, quamdiu lignis creſcendis damnum imminet, pecoribus frequentent p). Hoc iure autem non gaudentes omnino arceantur. §. 10. Quod etiam ad graminis & foliorum euectionem (auf das Graſen, Laub rechen und ſtreiffen) extenditur, & §. 11. ad collectionem ligni decidui (das dürre Holz leſen) applicatur. q) §. 12. a Iure glandis legendae & porcos immittendi etiam liberantur eiusmodi ſyluae nouiter caeſae, & porcorum immiſſio uſque ad Feſtum Natalitium in locis

Cam. de 24 Maii 1733. & ſalaria ad certum numerum Orgyarum, Klafter, ſunt determinata. Sic archiſatrapae 1000 faſces Virgultorum (Bund. wellen,) ſatrapae 500, foreſtario 200, reliquis ad quamuis Orgyam, Klafter, 17. aſſignantur. Dec. Cam. de 26. Maii 1755.

o) Et de quauis Orgya 1/2 Batzius. Dec. Cam. de 5 Sept. 1742. Simul autem inhibetur, ne arbores iuniores ſanae cuiuscunque generis caedantur. Mand. 2 April. 1745.

p) Adde Mand. de 10 Nou. 1747. & in ſpecie Ord. de 16 Febr. 1747.

q) Iung. Mand. 16 Maii 1722. 12 Apr. 1732. 5 Aug. 1740.

cis innoxiis conceditur. §. 13. 14. & 15. Varii excessus (Birkenreißig schneiden, Bast machen, Rinden schehlen, wildes Obst lesen, neue Weeg machen) prohibentur, & sine permissu loca ad conficiendos carbones habere vetatur. §. 16. Haec ordinatio etiam ad syluas communitatum, subditorum tam immediatorum quam mediatorum extenditur, omnique tali lignorum assignationi forestarius Principis interesse iubetur. r) §. 17. Conceditur quidem officialibus forestariis dimidium ligni ex ramis prouenientis vel vento deiecti (deren Afterschlägen und Windfälle;) hoc tamen postea per Mand. de 31. Iulii 1736 sublatum, & huius loco illis decima pars pretii ex omnibus lignis redacti assignata fuit. §. 18. Coctoribus salis cineritii, Botaschensieder, nonnisi ligna decrepita, abständige Bäum, assignantur, neque illis sal hoc e territorio euehere permittitur. §. 19. Studeant forestarii inuigilare, vt ex lignis vilioribus (Heßlein, Birken ꝛc.) carbones praeparentur. §. 20. Simulque arbores, quae circulis doliorum (zu Reifen) vel fabricae aulicae corrucariae (zur Hof-Wagnerey) aptae sunt, non vendantur, sed ad hunc vsum asseruentur. §. 21. Prohibetur excisio syluarum ad facienda noualia s), §. 22. & ne fabri lignarii, die Zimmerleuth, in syluis loca ad prae-

r) Adde Mand. de 14 Aug. 1730. & 16 Febr. 1747.

s) Adde Mandatum de 20 Nou. 1727.

praeparanda ligna, Zimmerplatz, habeant, §. 23. aut arbores eradicentur, Stämm ausgraben t), nisi ad necessitatem propriam & assignante forestario. §. denique 24. & seqq. mulctae delinquentium determinantur u).

§. CLVI.

De Iurisdictione Forestali.

Partem superioritatis forestalis constituit iurisdictio forestalis, (die Forstgerichtbarkeit) quae Principi in forest publicis & priuatis competit, nisi eandem cum priuato, vt partem iurisdictionis patrimonialis, communicauerit. Constituuntur eum in finem peculiaria plerumque iudicia forestalia, Wald=Rug-Gericht, x) quae de damnis forestalibus cognoscunt, modum vtendi lignis determinant, ministros forestarios vel praesentant

t) Vid. Mand. de 22. Mart. 1728.

u) Quae sub poena 50. Imperialium intra quindenam executiue etiam exigantur. Dec. Cam. de 4. Octob. 1723. dimidium autem earum forestariis applicatur. Dec. Cam. de 16. Febr. 1734.

x) Quae singulis tribus mensibus celebrentur, & protocolla sub attestatione Antigramatei (des Gegenschreibers) & forestarii ad cameram transmittantur. Dec. cam. de 27. Febr. 1727. adde Mand. de 24. Dec. 1725. 23. Aug. 1726. 23. Iun. 1734.

tant vel constituunt, in delictis vero Iudicem ordinarium requirunt; ita tamen, vt ministri forestarii pignora capiant, personas detineant, & perquisitionem domesticam habeant; vbi probe notandum, regulariter mulctas forestales Domino Iurisdictionis forestalis applicari, & domino syluae tantum damnum datum restitui.

§. CLVII.

Mandata specialia circa Foresta.

Sunt autem praeter supra dictam ordinationem, die Waldordnung, adhuc plura Mandata specialia, quae succincte hic refero.

1) Ratione fori officialium forestalium *y*); & 2) fori delictorum forestalium *z*). 3) Salarium diurnale (die Dieten) officialibus foresti denegatur 4); reliqua vero accidentia ita diuidantur, vt si adsit Magister foresti, ein Forstmeister hic $\frac{1}{3}$, Satrapa oder der Keller $\frac{1}{3}$, & forestarius der Refier-Jäger $\frac{1}{3}$, deficiente autem foresti Magistro duo posteriores quiuis dimidium accipiat *a*); ita tamen, vt magister foresti, etsi aliquis sit constitutus, de illa decima fo-

y) Dec. Cam. de 15. Mart. 1737.

z) Reg. Resc. de 19. Iun. 1749.

a) Decr. Cam. de 30. Iul. 1725. & 30. Ap. 1740.

parte, cuius supra §. 156. num. 17. facta est mentio, nihil participet *b*). Forestariis interdicitur emptio lignorum sui foresti *c*), & simul euectio arborum aedificiis aptarum prohibetur *d*). 5) Ratione lignorum pro ciuitate aduehendorum specialis adest instructio *e*). 6) In puncto delictorum forestalium qualificatorum seuera data est constitutio *f*). 7) Ratione assignandorum lignorum in syluis, nec non aliorum abusuum forestalium prouisoriae prodiere Ordinationes. * 8) Hae constitutiones, in specie Ordinatio de 4. Nov. 1720. & Decr. de 24. Dec. 1740. quartaliter publicari praecipiuntur sub poena 50. Imperalium *g*). His 9. accedit Ordinatio forestalis de 16. Febr. 1747. qua prior de Anno 1721. confirmatur, & regula ratione pasturae in syluis praescribitur.

§. CLVIII.

---

b) Decr. Cam. de 31. Iul. 1736.

c) Mand. de 21. Maii 1700. Dec. Cam. de 4. Mart. 1727.

d) Mand. de 12. Nou. 1694. Mand. de 1700. Dec. Cam. de 21. Ian. 1724.

e) Mand. de 23. Mart. 1700. 4. Sept. & 8. Nov. 1744.

f) Mand de 7. April 17*0.

*) Mand. de 11. Mart. 1671. 15. Apr. 1679. 21. Ian. 1724. 5. Iul. 1725. 8. Iun. 1726. 4. Mart. 1727. 20. Oct. 1738. 12. Iun. 1739.

g) Reg. Dec. de 11. Aug. 1721.

§. CLVIII.

De Iure Domini lignorum. Cum dominio ſyluae porro coniunctum eſt dominium arborum, & lignorum; iam cum ſyluae vel Principis ſint, vel in priuatorum dominio conſtitutae, arborum quoque dominium ad Principem vel priuatos ſpectat; priuatorum tamen dominium ſuperioritate foreſtali ita limitatur, vt ſyluas excidere non poſſint, & ratione vſus lignorum ad obſeruandas leges foreſtales adſtringantur. Interdum ſubditis ius lignandi in ſyluis Principum per modum ſeruitutis limitatae indulgetur *h*).

§. CLIX.

De Iure glandis legendae. Ius quoque glandis legendae (Eichelleß, Eichelmaſtung, Aeckerich) ad effectus dominii referri oportet; quod ſubditis in ipſis adeo Principum ſyluis pacto vel obſeruantia ſaepius competit; ſin alius ſyluae, alius venationis dominus ſit, huic tantum glandium relinquendum eſt, quantum ad alendas feras ſufficit. Iuris ſaginandi, Maſtungsrecht, conceſſio etiam a domino ſyluae dependet, quae ſi ſimpliciter facta ſit, ad caſum tan-

tum-

---

h) Conf. Ordn. de 16. Febr. 1747.

tummodo ubertatis glandium, der vollen Maſt, reſtringenda, non autem ad eum quoque caſum pleno numero exercenda, ſed proportionaliter concedenda, ſi glandium copia non adſit: Wenn nur halbe oder Spreng⸗Maſt iſt. Quodſi autem dominus hoc ius aliis locare velit, deſuper exacta debet ab officialibus annua fieri relatio, *i*) & certa ſub forma licitatio *k*). Abuſui quoque circa arbores probationis loco ſecandas, circa modum & tempus ſaginandi ſeuere inhibentur *l*).

§. CLX.

De Venatione. Ex dominio ſyluae & foreſtorum etiam communiter ius venandi deducunt, ſed in Franconia hoc Principi in ſuis & ſuorum (niſi hi titulum vel obſeruantiam immemorialem demonſtrare poſſint) ſyluis competit, atque ideo ruſticis operae venatoriae imperantur. Subditi vi banni ferini (Wildbann) venari prohibentur, praeſertim ſi hagae (Heeg, Geheeg) vel viuaria (Thier⸗Garten eingefaßte Park) conſtituantur. * Speciales circa rem

i) Dec. cam. de 19. Aug. 1749.

k) Dec. cam. de 23. Sept. 1739.

l) Dec. 30. Ian. 1726. 13. Aug. & 9. Sept. 1733. 11. Febr. 1734.

* Dec. de 10. Aug. 1729. 28. Apr. 1732.

rem venatoriam constitutiones in sequentibus potissimum consistunt; 1) cum communiter archisatrapis venatio minor (die kleine Jagd) concessa sit, hinc illis norma praescribitur m). 2) Venatoribus etiam venationis gratia hortos & fundos circumseptos ingredi permittitur n). 3) In puncto laesionis iurium venationis officialibus certus modus praefinitur o). 4) Communitatibus, quae sunt in possessione venationis minoris, non licet eam exercere per singulos ciues, sed per venatorem p). 5) Archisatrapae, quibus venatio est concessa, non vtantur operis subditorum, sed eiusmodi operae rationibus fisci inferantur q). 6) Venatoribus certa taxa (Schuß- oder Fanggeld) assignatur r). 7) Pretium ferarum condignum rationibus inferatur s). 8) Omnia, quae in ge-

m) Mand. de 1. August. 1726. concordant Mand. de 10. Apr. 1700. 17. Nou. 1731. & Mand. de Ian. 1696. & 3 Mart. 1705.

n) Mandatum de 4. Sept. 1720.

o) Mand. de 10. Octobr. 1735.

p) Resolutum in causa Flabungen de 4. Mart. 1721.

q) Mand. de 20. Mart. 1687.

r) Decretum Cam. de 6. Mart. 1734. Decret. Cam. de 18. Sept. 1734. Decret. Cam. de 10 Dec. 1742. 23. Maii 1725. 17 Oct. 1725. 22 Maii 1741.

s) Decr. Cam. de 4 April. 1736. 4. Febr. 1736.

generalibus mandatis *t*) continentur, ſtricte obſeruentur; cui in ſpecie adiectum, vt quiuis eiusmodi feripetas denuntiare teneatur *u*). 9) Inuigiletur, vt ea, quae in nouiſſima Ordinatione *x*) puncto iuris paſcendi ſunt ſancita, adimpleantur. 10) De Reſarcitione damni per feras dati Ordinatio praeſcribitur *y*). 11. Ratione abſentiae venatorum a ſuis foreſtis leges ponuntur *z*), uti & 12) de Receptione Tyronum agitur *a*), nec non de accidentibus. *b*)

§. CLXI.

---

t) Mandata eiusmodi ſunt complura, praeſtantiora de 17. Aug. 1559. 16. Sept. 1560. 9. Iun. 1567. 18. Iul. 1620. 1. Maii 1636. 2. Maii 1653. 17. Maii 1663. 1. Dec. 1668. 28. Nou. 1673. 13. Iulij 1676. 1. Aug. 1678. 30. Aug 1681. 9. Aug. 1683. 28. Ian. 1685. 26 Dec. 1687. 30 Aug. 1689. 29. Mart. 1706. 4. Sept. 1711. 23. Maii 1712. 13. Maii 1715. 4. Nou. 1720. 14. & 24. Dec. 1720. 12. Ian. 1728. 20. Sept. 1733. 8. Apr. 1734. 10. Oct. 1735. 13. Aug. 1742. 7. Febr. 1747.

u) Mand. de 13. Aug. 1742.

x) Mand. de 16. Febr. 1747.

y) Mandatum de 9. Mart. 1736.

z) Dec. de 20. Sept. 1733. *a*) Cit. Decr.

b) Decret. de 31. Iul. 1736.

§. CLXI.

De Metallis. Tertiam eamque nobiliſſimam rerum publicarum claſſem conſtituunt metalla, mineraeque, cum enim Principes res nullius ſibi per omnem Germaniam vindicauerint, earumque nomine metalla quoque & reliqua foſſilia comprehendere ſoleant: mirum non eſt, metallifodinas, mineras, nitrum, lithanthraces, Steinkohlen, ſalinas & fodinas lapidum pretioſiorum, v. gr. Marmor, Agathbrüche, regalibus hodie accenſeri: hinc earundem dominium vel vniuerſum ad Principem ſpectat, vel ſi in fundis priuatorum inueniantur, eorumque ſumptibus eruantur, decima, interdum maior pars & ius protimiſeos metallorum eidem tribuitur; vt adeo ad concurrentem praeſertim ſupremam Principis inſpectionem in totum vel in parte ſaltem rebus publicis recte accenſeantur. In Franconia circa metallifodinas id dicere licet, quod ſuo tempore Tacitus de vniuerſa Germania in libello de Moribus Germanorum Cap. 5. „ Argentum & aurum propitii an irati Dii negauerint, dubito, nec tamen affirmauerim, nullam „ Germaniae venam argentum aurumue gignere: quis „ enim ſcrutatus eſt? „ inueniuntur enim varia metallorum ferri, ſulphuris, aluminis, Litanthracum &c. indicia, nondum tamen eo deuentum eſt, vt metalli-

tallifodinae dici queant. Inde eſt, quod metallorum euectio ſeuere ſit inhibita *c*), fabris argenti autem praeſcriptum, ne argentum infra 13 lotones puritatis ſuis operibus adhibeant *d*). Ratione nitri, & ſalis cineritii coctorum, die Salpeter- und Bodaſchen-Sieder, variae quoque prodiere ordinationes. *e*)

§. CLXII.

De Salinis. Quod ad ſalinas attinet, hae quoque vnanimi fere omnium ICtorum voce Principibus vindicantur: plerumque vero, vt in fodinis, emolumenta ſalinarum in certas partes intellectuales, Cotas ſiue Koten vocant, deſcribuntur, eaeque vel pleno iure vel ſub obligatione ſoluendi annui canonis, quod Emphyteuſim ſalinarum vocant, in priuatos

Aaaaaaaaa 2 trans-

---

c) Mand. de 16. Mart. 1706. 11. Maii 1717. 23. Nou. 1736. 23. Aug. 1751. 5. Mart. 1760. Conf. etiam Mandata antiquiora in Theſ. Iur. Franc. Sect. II. p. 1515. & 1417.

d) Ordinatio eiusmodi Fabrorum emanauit 22. Dec. 1572. Conf. Mand. de 13 Mart 1758. vbi 12 lotones, per Mand. vero de 26. Mart. 1778. 13. lotones pro liga praeſcribuntur.

e) Mand. de 28. Mart. 1721. §. 18. 23. Febr. 1676. 13. Iun. 1725. 3. Maii 1723. 2. Mart. 1728. 5 Dec. 1729. 13 Iul. 1741. 4 Iul. 1743. 18. Oct. 1754. 23. Aug. 1756. 25. Aug. 1758.

transferuntur. Principi tamen ſemper ſuprema inſpectio competit, qui ideo rem ſalinariam vniuerſam legibus, Salzthal- Salzpfänner- Ordnungen, exornat, ſubditisque, vt domeſtico potius quam aliunde adducto ſale vtantur, iniungit. *f*)

Eiusmodi Salinas habet Principatus noſter prope vrbem Kiſſingen, quae circa medium huius ſaeculi ſocietati alicui certis ſub conditionibus ſaluo iure reluendi Camerae principali reſeruato elocatae ſunt. Spectant ad haec etiam aquae acidulae ac balneares Kiſſingae & Bokleti repertae, ac in vſum deductae g).

§. CLXIII.

De Bonis Communitatum.

Quod tandem vel bona vniuerſitatum, gemeine Hut, Weide, Holzungen, vrbium praeſertim, pagorum & Communitatum attinet, ea quidem generali nomine Allmanden- Güter inſigniuntur; denominandi haec ratio ab ipſa horum bonorum natura petita eſt, quorum nempe proprietas ad omnem vniuerſitatem ſpectat, vſus vero ſingulis eiusdem membris plerumque communicatur. Si vſum & iura harum rerum vniuer-

---

f) Mand. de 11. Mart. 1768. 1. Sept. 1769. 22. Sept. 1769. 19. Iul. 1779.

g) Ordinatio deſuper emanauit 2 Maii 1747.

uerſitatibus competentium ſpectaueris, duplicis eaedem generis ſunt; aliae enim ipſius vniuerſitatis vſibus immediatis deſtinantur, quo v. c. pertinent bona vrbium Cameralia, Cammerey⸗Güter der Städte, & dotes Communitatum; aliae vero vſibus omnium vniuerſitatis membrorum, poſito tamen certo ordine, tempore & loco, aſſignantur, quem in cenſum paſcua publica, foreſta & id genus alia referuntur: iam cum Reipublicae admodum interſit, haec bona vniuerſitatum conſeruari, ſingula vniuerſitatis membra, quae ad vſum eorum admittuntur, ad operas ipſorum conſeruationi inſeruientes, Riegewerke, Frohnen, obligantur.

Inprimis autem legibus cautum eſt, vt, licet adminiſtratio *h*) ipſi vniuerſitati plerumque committatur *i*), alienationes tamen ad conſenſum Principis ſemper adſtringantur. *k*) Inde eſt, quod annuatim a Communitatibus tam ſuper earum reditibus, quem fundationibus rationes reddi, eaeque accurate reuideri debeant, *l*) denuoque in Viſitationibus Prouinciae ad incudem reuocentur. *m*) Prouti

Uuuuuuuuu 3 etiam

h) Mand. de 11. Nou. 1682. 30. Iul. 1688.
i) Mand. de 8. Octob. 1726.
k) Ord. de 27. Nou. 1666.
l) Mand. de 30. Mart. 1733. 30. Dec. 1737.
m) Ordinatio de 9. Iul. 1738.

etiam Vrbi Wirceburgensi in specie, ratione illi concreditarum administrationum specialis norma est praescripta. *n*)

TITVLVS II.

De Rebus priuatorum tam mobilibus quam immobilibus.

§. CLXIV.

Quid res mobiles & immobiles?

Prima rerum priuatis competentium diuisio est, in mobiles & immobiles. Res mobiles *o*) Fahrnuß, fahrende Haabe nominantur, quaecunque salua manente substantia de loco in locum transferri possunt: quod si fieri non possit, res immobiles liegende Güter *p*) siue Gründe dicuntur; vt adeo hac in re placita iuris patrii a peregrino vix differant. Rebus immobilibus suo modo aequiparantur omnes res, quarum difficilior est de loco in locum translatio, vel quae ob perpetuam ad rem aliquam immobilem destinationem ab eadem separari nequeunt.

§. CLXV.

---

n) Mandat. de 3. Ian. 1710.

o) L. G. O. P. 3. T. 18. §. 1. 2. & 3. Conf. Tit. 17. §. 1. & 2.

p) Ibidem P. 3. T. 15. §. 1.
Proiectum Ord. Prou. §. 101. In Thesauro Iuris Franconici Sect. I. pag. 191.

§. CLXV.

De Rebus mobilibus in specie.

Rerum mobilium cum tantum non infinitae sint classes, neque etiam earundem recensio ad Ius Franconicum proprie pertineat, iisdem latius enarrandis non immorabimur; quae enim de animalibus, canibus *q*) praesertim, ouibus *r*), columbis, apibus, legibus cauentur, ad Politiam magis & oeconomiam quam iurisprudentiam spectant; hoc tamen monendum est, horum aliorumque animalium alendorum facultatem saepius ita restringi, vt aut plane non, aut certe non vltra modum legibus praescriptum ali possint: de quo tamen si non expressae adsint legum prohibitiones aut obseruantia, merito pro libertate naturali praesumendum est.

§. CLXVI.

De Rebus immobilibus in genere.

Bonorum immobilium possessio vti domino insignia affert iuris commoda, ita Reipublicae quam maxime interest,

Iiiiiiiii 4 alie-

q) De canibus subditorum, ne venationi nocere queant Ord. de 18. Iul. 1620. 29. Mart. 1706. 14. Dec. 1720. §. 6. & 2. Aug. 1770. §. 6. De alimentis canum venaticorum Decr. de 1. Aug. 1733. & 28. Nou. 1749. De curanda rabie ex morsu canum oriunda. Mand. de 29. Ian. 1770.

r) De ouibus morbidis a sanis separandis. Ordin. de 17. Aug. 1759.

alienationem caute suscipi; tum vt dominia rerum certa sint, & certa fides contractuum, tum ne onerum publicorum fundo impositorum intuitu reipublicae praeiudicium inferatur: hinc iam olim solennes traditionis modi, veluti per ramum arboris, effestucationem, scotationem, memorantur: Enimuero cum ne hoc quidem sufficere videretur, nouiori aetate introductum, vt alienatio rerum immobilium vel constitutio hypothecae in re immobili iudiciali authoritate peragatur; hinc confirmatio iudicialis seu, quod idem est, resignatio dominii iudicialis, gerichtliche Auflassung des Eigenthums, vel inuestitura bonorum allodialium iudicialis, in variis Germaniae prouinciis ad validitatem contractus - in Franconia vero ad securitatem contrahentis praesentia sculteti solummodo necessaria est s), eumque in finem alicubi iudex solenne confirmationis testimonium, Festbrief, Festmachung, Gewährung, Währbrief paciscentibus extradit. Plerumque tamen sufficit, negotium in libris iudicialibus consignari. De caetero licet haec confirmatio vitia contractus non tollat, & iudex semper saluo Iure tertii confirmare soleat, attamen ante confirmationem partibus poenitere licet, nec periculum commodumque ante in emtorem transit, si leges actio-

s) Decretum Cam. de 4. Mart. 1730. ratione bonorum censiticorum nullitatem addit, videtur tamen nunquam in vsum esse deductum.

actionem ex contractu eiusmodi non confirmato plane non concedant.

§. CLXVII.

De Appertinentiis. Res immobiles porro in principales, Hauptgut, & pertinentias diuiduntur; pertinentia, Zugehör, Anhang, appenditiae, appertinentiae vocantur res cum praedio aliquo ita coniunctae, vt perpetuo pro parte rei principalis haberi debeant; non ergo sola vicinitas, compossessio aut latius oeconomiae commodum pertinentiam constituit, sed requiritur, vt vel ex libris censualibus, Zinns- oder Erb-Register, de facta pertinentiae cum re principali coniunctione appareat, vel expressa acquirentis & possessorum declaratio ideo insecuta sit; quibus deficientibus tum demum praesumptio pro pertinentia locum habet, si res semper cum praedio principali vno pretio vendita traditaque & coniunctim semper a pristinis possessoribus possessa fuerit. Iam cum Reipublicae admodum intersit, bona immobilia praesertim rustica non diuelli, aut quae diuulsa sunt, redintegrari; legibus cautum est, vt possessor praedii principalis easdem reunire cum praedio principali possit *t*); saepe etiam rusticis haec reuniendarum & sine consensu auulsarum pertinentiarum necessitas disserte imponitur.

§. CLXVIII.

t) Mand. de 30. Iulii 1750. §. 1. 2. 3. & 4.

§. CLXVIII.

De Bonis auitis. Supereſt equidem illuſtris adhuc diuiſio rerum in auitas, ſtemmaticas, haereditarias (Erb- und Stammgüter,) ſed cum haec diuiſio Nobilium bona potiſſimum concernat, & ad conſeruandum ſplendorum familiarum ſit introducta, modicum inter ciues habet vſum; & ſi forte obueniant, iuxta regulas fideicommiſſorum conuentionalium diiudicantur; vbi etiam ſucceſſor non ex beneficio vltimi defuncti, ſed ex pacto & prouidentia maiorum ita ſuccedit, vt ipſi ius ſuccedendi nullo modo adimi minuique poſſit, nec ad praeſtanda defuncti facta, niſi in eadem conſenſerit, obligetur. Enim vero cum & agnati poſſeſſoris a primo acquirente deſcendentes indubitato iure ad praedium auitum vtantur, ſequitur, poſſeſſorem ob condominium agnatis competens, niſi ſit vltimus ſuae gentis a primo acquirente deſcendens, non poſſe de praedio diſponere, nec illud diuidere, aut aere alieno onerare, niſi iis, quorum intereſt, conſentientibus.

TITVLVS III.

De Iuribus rerum in ſpecie Dominio, ſeruitutibus, pignore, & praeſcriptione.

§. CLXIX.

De Prae- Quae de dominio, praeſcriptione u) &

u) De praeſcriptione Euictionis medio aeuo in Franconia recepta vide Theſ. Iur. Franc. Sect. I. Op. 41. p. 2639.

Scriptionibus, Dominio & Seruitutibus remissiue. & seruitutibus x) dicenda forent, cum ea Principiis Iuris Romani & Germanici conueniant, hic non repeto, sed sufficienter deducta lector apud SELCHOW §. 577. seqq., & in Commentariis Iuris Ciuilis inueniet. De pignore pauca subnectam.

§. CLXX.

De Pignore. Tertium ius rerum pignore continetur, huic apud antiquos Germanos pactum antichreticum semper erat annexum y); in Franconia autem nostra ad regulas iuris romani est reductum, paucis tamen adiectis; pactum enim antichreticum nonnisi sub onere redditionis rationum est permissum z). Circa pignora varia occurrunt Statuta; sic in Concursu Creditorum hypothecae judiciales praeferuntur priuatis a). Hypotheca generalis anterior praecedit subsequentem specialem b) Hypothecae eiusdem iuris diiudicantur iuxta prioritatem temporis c). Hypothecae priuatae, quatenus sufficiunt exsol-

x) De Seruitutibus praecipue Aedificiorum. vide Thesaur. Iur. Franc. Sect. I. Op. 59. p. 3373.

y) SELCHOV. §. 576.

z) Mandatum de 2. Ian. 1697. & 1699.

a) Ordinatio concursus de 1747. Classe 3. & 5.

b) Decretum Regiminis de 12. Nou. 1744.

c) Proiectum Ordinationis Prouincialis §. 98. Item Ordinatio concursus de 1747. Classe 3.

ſoluendo debito, praeferuntur perſonalibus, & chirographariis *d*). Pignora ſic dicta praetoria ſequuntur mox hypothecas iudiciales *e*); de caetero affixio pro cautela ſuadetur *f*). Quid ad hypothecam iudicialem deſideretur, lege ordinatur *g*). De hypothecis cauſarum piarum agitur *h*). Officialibus, vt Protocolla ſuper Pignoribus conſcribant, iniungitur *i*). Iura pignorum manualium, vulgo Fauſtpfänder, determinantur *k*). Modus conficiendi Inuentarii nec non formandi ſtatus actiui praeſcribitur *l*). Differentia inter creditores prouinciales & extraneos accuratius determinatur *m*), nec non publicatio ſententiarum ratione ordinis & praelationis Officialibus iniungitur *n*).

CLXXI.

De Pignore praetorio.

In Franconia noſtra frequentiſſime occurrit mentio Pignoris praetorii, nequa-

---

d) Mandatum de 23. Iul. 1653. Ordinat. Concurſ. Claſſe 5. 6. 7.

e) Ordinatio Concurſ. Claſſe 4.

f) Mandatum de 1. Nou. 1744.

g) Mandat. de 30. Oct. 1648. Ordinatio Concurſ. de 1747. adiuncto 3. Mandat. de 15. Iunii 1783.

h) Mand. de 28. Iul. 1714.

i) Mand. de 11. Dec. 1752.

k) Ordinatio Concurſus §. 15.

l) Ordinatio de 29. Ian. 1778.

m) Ordinatio de 4. Dec. 1784.

n) Mandatum de 22. Dec. 1788.

quaquam iuxta leges ciuiles romanas, sed singulares Franconicas diiudicandi; si enim creditor solo chirographo aut simplicis crediti titulo sibi haud sufficienter cautum esse metuat, & debitorem facultatibus lapsurum praeuideat, vel saltem suspectum habeat, adit iudicem, creditum demonstrat, & pro pignore praetorio ac respectiue arresto supplicat. Iudex haud citata, multo minus audita altera parte, si debitum non prorsus illiquidum, sed sufficienter demonstratum sibi videatur, petitum Protocollo inserit, & per Decretum (quod ad petitum partis vel specialiter expeditur, vel supplicae inscribitur) pignus praetorium decernit, addito loco, anno, die & hora: quod Decretum, si immobilia concernat, ei Magistratui, cuius est alienationes corroborare, insinuatur, & sic eiusmodi expeditiones publicas impedit. In concursu creditorum tali pignori certus locus est assignatus, in Ordinatione enim de 20 Iulii 1774. sic legitur: Classis quarta: Hieher gehören die Pignora Praetoria, und Arresta, dergestalten, daß derjenige, welcher ein älteres Pignus praetorium oder Arrestum hat, dem jüngeren vorgezogen wird; damit nun die Impetranten an ihrem erlangten Recht um so weniger vervortheilt werden möchten, haben diejenige Stellen, und Richtere bey Erkennung deren Pignorum Praetoriorum oder Arresten nicht allein genau zu beobachten, daß der Glaubiger die forderende Schuld mit der in Handen habenden

benden Original-Urkund, wann solche nicht etwa sonsten gerichtlich bekannt und liquid wäre, bescheine, sondern auch annebst den Tag, und die Stund des verlangten Pignoris praetorii oder Arresti wohl zu bemerken, und aufzuzeichnen.

§. CLXXII.

Vt autem Pignus praetorium suos exerat effectus, certis tantum Magistratibus data est ea concedendi potestas; sic primo, Regimen per totam Prouinciam tam in mobilibus, quam immobilibus personarum sibi mediate, aut immediate subiectarum, exceptis mobilibus personarum academicarum, pignus constituit. 2do. Das Stadtgericht, Vice-Dom- und Hofschultheißen-Amt. 3tio. Reliqui vero Magistratus tantum respectu mobilium & personarum suo foro subiectarum. 4to. In Prouincia Satrapae *o*); pignora tamen praetoria & arresta se ad salaria non extendunt *p*); pro tali vero pignore certa taxa est soluenda *q*).

§. CLXXIII.

Generaliter autem circa pignora praetoria sequentia veniunt annotanda:

I. De

---

o) Ita Mandat. de 30. Ian. 1759.

p) Mandatum de 15. Octobr. 1763.

q) Taxordnung vom 6ten April 1724. §. 26.

I. De Iure noſtro Franconico ad conſtituendum pignus praetorium realis miſſio & poſſeſſionis apprehenſio neceſſaria haud eſt, ſed ſolum Decretum Iudicis hoc operatur.

II. Accurata cauſae cognitio in conceſſione pignoris praetorii non deſideratur, ſed ſummarie tantum de liquiditate debiti Iudici conſtare debet: v. g. exhibito chyrographo, aut alio inſtrumento, item extractu libri mercantilis &c.

III. Pignus praetorium in cauſis Executionis nullam operatur protopraxiam, in cauſis vero Concurſus inferius quidem eſt hypothecis iudicialiter conſtitutis & tacitis ex lege; praefertur tamen hypothecis priuatis, nec non omnibus creditoribus perſonalibus tam priuilegiatis quam ſimplicibus, tam anterioribus quam poſterioribus: multo magis ergo vſuris ex ſorte etiam pignus iudicialiter conſtitutum habente debitis.

IV. Pignora praetoria in Concurſu, id eſt, bey Ausſchaßungen, inter ſe iuxta prioritatem temporis concurrunt.

V. Pignora praetoria a diuerſis Iudicibus data, dummodo hac poteſtate polleant, aequalis inter ſe ſunt valoris, & tantum temporis prooedriam admittunt.

VI. Pignora praetoria ſumptibus & periculo

partis

partis impetrantis & saluo anteriorum iure cum concedantur, fortiori iure subnixis nullum praeiudicium inferunt; imo si friuole petantur, petentem debitae satisfactioni subiiciunt, vt vel actione iniuriarum, vel in factum conueniri possit.

VII. Emissa semel citatione edictali, qua Concursus incipit, pignus praetorium amplius decerni nequit.

VIII. Saepius contingit, Emtores bonorum pro securitate sua petere affixionem pro cautela, qua ius aliquod in talia bona habentibus iniungitur, vt se sistant, ni iure suo cadere velint: quamuis iam haec citatio eos non stringat, qui tacita vel expressa iudiciali hypotheca muniti sunt, illis tamen, qui tantum priuata hypotheca vel pignore praetorio sibi prospexere, amittendi sui iuris periculum imminet *r*).

§. CLXXIV.

His nouissime accessit Mandatum de 15 Iunii 1783, cuius pars dispositiua sic habet:

Erklären demnach, verordnen, und befehlen hiemit gnädigst: daß

Erstens.

---

r) Mandatum de 12. Nou. 1644.

Fusius haec explicantur in Specimine meo de pignore praetorio Anno 1772 edito, & Thesaur. Iur. Franc. Sect. I. Opusc. 32. inserto.

Erstens. Durch Erwirkung eines Generalarrestes, und pignoris praetorii ein Pfandrecht oder jus reale auf des Schuldners Vermögen niemals erlanget, oder mitgetheilet werden könne: und jegliche obschon gerichtlich constituirte Arreste, und pignora praetoria, welche dahier bey unserem Steueramte, und auf dem Lande bey jedes Orts siegelnder Amtsstelle wirklich nicht angezeigt sind, oder in der Folge nicht werden angezeigt werden, von der Wohlthat gegenwärtiger Verordnung gänzlich ausgeschlossen bleiben; sodann

Zweytens, auch behörig angezeigte Arreste, und Pignora praetoria die Güter eines Schuldners nicht also beschweren, und eine Hypotheke oder sonstiges dingliches Recht hierauf dergestalten nicht bewirken, daß eine Obligation auf derley behaftete Güter nicht mehr gesiegelt werden könne; Und daher auch

Drittens, vorher angezeigte Arreste und Pignora praetoria vor einer nachher anerst mit dem Amtssigille bestättigten Obligation in Ausschatzungsfällen das Vorrecht nicht haben: sondern, wie bisher nach Innhalt Unserer Fürstlichen Concurs Ordnung rechtlich geschehen ist, also auch künftighin in die vierte Klasse verwiesen werden sollen. In dessen Anbetrachte

Viertens, In unserer Fürstlichen Residenzstadt das Steueramt, nnd auf bem Lande jedes Orts Amtsstelle, welcher das herrschaftliche Sigill anvertrauet ist,

bey schon angezeigten Generalarresten und Pignoribus praetoriis, eine nachher anerst anverlangte Obligation unverweigerlich zu siegeln schuldig seyn soll, wenn nach Abzug der durch die angezeigten Pignora praetoria dem siegelnden Amte bekannt gewordenen Schulden dahier in der Stadt das duplum, und auf dem Lande triplum freyes Vermögen gegen das neuerlich angesuchte Darlehen vorhanden ist, also, daß die durch die älteren Pignora praetoria angezeigten Schulden wenigstens einfach gesicheret bleiben. Wenn aber

Fünftens, So viele Arreste und Pignora praetoria auf des Obligations-Ausstellers Vermögen bereits angezeiget wären, daß das vorgeschriebene Duplum, oder Triplum nicht mehr vorhanden, somit nach obiger Regel die verlangte Obligation nicht mehr gesiegelt werden könnte; so soll das um die Sieglung angegangene Amt solches dem neuen Darleiher eröffnen, und, wenn derselbe, dessen ungeachtet, die Obligation dennoch gesiegelt haben, und die Gefahr des Verlustes auf sich nehmen wollte, auch in diesem Falle die gebettene Sieglung ertheilen, jedoch in der also bestättigten Obligation die angezeigten ältere Arreste und Pignora praetoria mit ihren Schuldsummen namentlich, anbeynebst des neuen Darleihers Zufriedenheit ausdrücklich, und dieses nicht mit den bisher gebrauchten dunkeln, und zweydeutigen Worten: Auf Gefahr des Darleihers, sondern daß sothaner Creditor hypothecarius

sich

sich der ihm zum Besten gemachten Ordnung und Assecuration freywillig begeben, und mit dem angebottenen Unterpfande, es wäre damit beschaffen, wie es wollte, begnüget habe, wohl bemerken, und einschreiben; mit der rechtlichen Wirkung, daß im Concurse einer auf diese letztere Art errichteten Hypothek mit älteren angezeigten Pignoribus praetoriis, solcher Verzicht leistender Creditor hypothecarius nur für dasjenige, was nach Abrechnung der durch die angezeigten Pignora praetoria gesicherten Forderungen an dem Betrage der versteigerten hypothecirten Grundstücker übrig bleiben wird, unter die Creditores hypothecarios in der dritten Klasse gezählet werden soll, ohne daß er wegen eines hiedurch erlittenen Schadens an dem siegelnden Amte jemals seinen Regreß suchen kann: wo im Gegentheile

Sechstens. Wenn ein oder anderes Amt ohne die insinuirten ältern Arreste, und Pignora praetoria dem Creditori hypothecario zu eröffnigen, und solches bey der Sieglung in der Obligation anzumerken, blindlings oder aber über das Duplum, und resp. Triplum siegeln: oder das erforderliche Simplum für die älteren Creditores pignoratitios bey Ertheilung der Sieglung nicht vorbehalten würde; dasselbe alsdann den resp. hypothecariis und pignoratitiis Creditoribus für ihre angezeigte Forderungen zu haften schuldig und gehalten seyn soll.

Uebrigens lassen Wir es in Betref der vor Verkündigung dieser Unseren gnädigsten Willensmeynung wirklich ausgefertigten, und gesiegelten Obligation bey der bisherigen Observanz hiemit bewenden.

§. CLXXV.

Cum Processus Concursus & iura pignorum sint in arctissima connexione, non incongruum erit, de hoc pauca proferre. Habemus specialem Concursus Ordinationem de 20. Iul. 1747. in qua praeter formam illius, citationem edictalem, constitutionem Curatoris, & Contradictoris Massae &c. de Protopraxia sic disponitur. Praeuia separatione tam haereditaria, quam ordinaria, in octo classes creditores disponuntur.

Separatione gaudent 1) Vxor, ratione dotis extantis, in communione tantum particulari existens. 2) Proprietarii respectu rerum legatarum, depositarum, commodatarum, locatarum, fideicommisso grauatarum, oppignoratarum, aut furto ablatarum, vel vi possessarum, adhuc realiter extantium. 3) Liberi ratione peculii castrensis, vel quasi castrensis, aduentitii ordinarii, aut extraordinarii, inclusiue der Pathengelder. 4) Bona a tutore pecunia pupillari emta. 5) Bona in commissionem ad vendendum data. 6) Bona, sine fide de pretio habita, debitori vel vendita, vel quorum dominium expresse vsque ad solu-

tionem

tionem integri pretii reſeruatum. 7) Socius in re ſociali adhuc extante. 8) Qui expenſas ſuppeditauit, ad has res conſeruandas. 9) Creditores pignore manuali gaudentes.

Ad I. Claſſem ſpectant 1) Sportulae Regiminis. 2) Sumtus iudiciales. 3) Merces Taxatorum. 4) Deſeruitum Curatoris, 5) Contradictoris maſſae & aliorum. 6) Mercenarii reſpectu bonorum maſſae. 7) Sumtus funebres. 8) Honorarium Medicorum, Chyrurgorum, Pharmacopaeorum ac ſeruitorum morbidi. 9) Merces famulorum. 10) Reditus dominicales. 11) Cenſus perpetui.

Ad II. Claſſem 1) Vxor ratione dotis non amplius realiter extantis. 2) Fiſcus ex contractu in bonis poſt contractum acquiſitis. 3) Expenſae in fundos & fructus factae bonorum in maſſa reperiundorum. 4) Qui ad reficiendam domum credidit, refectione facta, & bono adhuc exiſtente. 5) Credens ad emendam domum ac hypothecam ſibi reſeruans.

Ad Claſſem III. 1) Sub cura & tutela exiſtentes in bonis Curatorum. 2) Liberi ratione peculii aduentitii non extantis. 3) Legitima & praecipuum liberorum. 4) Vxor reſpectu paraphernalium & donationis propter nuptias. 5) Legatarii in bonis ſpecificis ad cridarium ab haerede deuolutis, & non amplius exiſtentibus. 6) Ciuitates, Communitates, Eccleſiae, Monaſteria, Cauſae piae in bonis Adminiſtratorum.

torum. 7) Locator praedii vrbani in illatis, & rustici in fructibus. 8) Fiscus ex contractu, etiam in bonis iam ante contractum possessis. 9) Depositum iudiciale necessarium. 10) Maritus in bonis dotem promittentis: cum quibus concurrunt hypothecae iudiciales iuxta temporis prioritatem.

Ad Classem IV. Pignora praetoria ordine temporis.

Ad Classem V. Eodem modo hypothecae priuatae.

Ad Classem VI. pro Rata 1) Depositum fiscale. 2) Ciuitas Wirceburgensis. 3) Credentes ad emendam domum aut fundum, sine reseruatione hypothecae. 4) Sponsa ratione dotis non secuto matrimonio sponso traditae.

Ad Classem VII. a) Pro Rata: Creditores chyrographarii & simplices. b) Poenae & mulctae.

Ad Classem VIII. vsurae & interesse iuxta ordinem prioritatis sortis.

LIBER IV.

DE IVRE CONTRACTVVM ET SVCCESSIONVM.

TITVLVS IV.

De Iure Contractuum in genere & in specie.

§. CLXXVI.

De Donationibus. Omitto hic generalia de contractibus, de quibus ad normam iuris Germanici

consuli

consuli potest Selchow §. 579. seqq. Ea tantum, quae notabile quid de Iure nostro habent, attingam. Cum apud Germanos ex pactis eadem oriatur obligatio, quae apud Romanos ex Contractu, hinc quoad modum obligandi pacta cum contractibus conueniunt: quia autem quaedam pacta certum nomen, & distincta ab aliis habent substantialia, ac naturalia, hinc pacta nostra in nominata, & innominata diuidere licet: Indeque illa diuisio in simplicia, vestita, & horum in ciuilia, praetoria, adiecta, modici est vsus. Et dum omnia negotia nostra sunt bonae fidei, exulat distinctio inter Contractus bonae fidei, & stricti iuris. Quod condictiones attinet, eae vel sunt pacta expressa, vel tacita.

Quaedam tamen pacta (Romanis Contractus) in realia, & consensualia diuidere licet. In contractibus, qui nullo intercedente onere ius in alterum transferunt, eminet omnino donatio, siue pactum de re nostra gratis in alterum transferenda; haec sicuti in plerisque capitibus ex praeceptis Iuris communis iudicatur, ita etiam diuiditur in donationem simplicem, donationem mortis causa & donationem propter nuptias: Primam seu simplicem quod attinet, eam Officialibus tam in causis gratiae quam iustitiae absque praeuia licentia Principis acceptare seuerissimo Decreto est prohibitum. s) Donationes etiam, quae neonuptis fieri solent, die

Mmmmmmmmmmmmm 4 Hoch-

s) Mand. de 26. Apr. 1699. Mand. de 30. Mart. 1749.

Hochzeits-Schankungen, Taufgeschenke, Firmungs-Schankungen, certo modo ſunt modificatae *t*) ſicuti quoque xenia, quae certis in opificum tribubus itinerantes accipiunt, limitibus fuere incluſa. *u*) Donationem mortis cauſa etiam in Franconia in vſu eſſe ex eo patet, quod Falcidia in illis locum habere dicatur *x*): circa donationem propter nuptias autem notandum, eam de Iure Franconico nil aliud eſſe quam dotem mariti, ſiue id, quod maritus in Matrimonium infert; hinc vocatur Heuraths-Guth, Gegengeld. *y*)

§. CLXXVII.

De permutatione.

Ad ea pacta, quibus de re omnimode in alterum transferenda ſub certa tamen praeſtatione agitur, permutatio pertinet, & emptio venditio. Permutatio antiquiſſimus ſine dubio Germanorum contractus in conuentione conſiſtit, de re noſtra pro re alterius transferenda, quin tamen Dominium absque traditione transeat, aut poe-

nitentia

t) Polizeyordnung de 27. Mart. 1624. 1. Sept. 1654. de 1. Iul. 1664. 14. Febr. 1681. & 15. Febr. 1704.

u) Reichspatent de 16. Aug. 1731. Art. 7.

x) L. G. O. P. 3. T. 68. §. 4. Ibid. P. 3. T. 97. §. 2. Item Tit. 98. §. 1.

y) Conf. deſuper Theſ. Iur. Franc. S. I. Op. XXII. p. 1583.

nitentia locum habeat. Haec ſaepe in fraudem iuris retractus, licet inualide, iniri ſimulatur. z)

§. CLXXVIII.

De Emtione & Venditione.

Emtio venditio continet pactum de re pro certo pretio in alterum transferenda; atque adeo in Germania quoque ſolo conſenſu *a*) nititur, niſi de rebus immobilibus auitis vendendis agatur, aut arrha conſtituta ſit: de caetero in translatione rerum immobilium venditarum interdum quoque pretium acceſſorium, quod dicitur Kaufgeld *b*) venditores ſibi ſtipulantur, cuius tamen promiſſio in caſu dubio haud praeſumitur.

§. CLXXIX.

Venditio rerum priuatis competentium, licet plerumque libera ſit, ex rationibus tamen ſupremae politiae quarumdam rerum venditio aut omnino prohibita, aut ſalutari reſtrictione limitata eſt: quo pertinent fructus in herbis intra verum pretium non ven-

z) Mandatum de 30. Iul. 1750. §. 5.

a) Omnes tamen contractus circa immobilia Protocollo iudiciali inferi iubentur. Mand. de 23. Dec. 1687. & aliud de eodem dato: prouti etiam Bona in ciuitate Wirceburgenſi emta, Officio ſteurarum inſinuari debent. Mand. de 11. Oct. 1700.

b) Decretum Cam. de 4. Febr. 1745.

vendendi, libri improbatae lectionis c), venena d) nonnisi consensu medicorum aut peritorum in arte salutari vendenda, actiones a Iudaeis contra Christianum quaesitae Christiano non cedendae e), immobilia intra campimarchiam vrbis sita, non nisi in ciues transferenda, & quae sunt huius generis alia. f)

§. CLXXX.

De vitiis rei venditae & euictione.

Quod ad vitia rerum vendendarum attinet, distinguunt Germani, vtrum in oculos incurrant, vel non. Illa non prae-

c) Conf. Ord. Eccl. de 30. Iul. 1693. C. 1. §. 24. Instr. Decan. de 26. Mart. 1691. § 38. Instr. Paroch. de eod. dat. §. 40. Mand. de 17. Maii 1752.

d) Mand. de 1686. §. 10. & 11. de 2. Ian. 1709. & 21. April. 1750.

e) Quod tamen teste L. B. DE CRAMER W. Nebenst. 29 St. p. 80 in praxi Dicasteriorum Imperii non seruatur, sed tantum cessionario omnes Exceptiones competunt, quae cedenti opponi potuissent.

f) Sic Aduocatis lites emere prohibitum. Mand. 28. Iul. 1697. 19. Febr. 1720. §. 26. Cineres, Nitrum, Sal clauellatum, Metalla, Centones, pelles non praeparatas &c extra territorium vendere non licet.

Officialibus credita suo officio subditorum aquirere negatur Mand. 15 Mart. 1700. Vestes & arma militaria a desertoribus emere inhibitum. 1. Mart. 1734. 24. Ian. 1749. Et publicae venditiones in diebus feriatis interdictae.

praeſtantur: haec vero, ſi vſum rei, quem contrahentes ſpectarunt, impediant, redhibitioni, Ruckkauf, Wandelung, locum faciunt: hinc in venditione equorum, boum & aliorum animalium g) certa vitia cardinalia, Hauptmängel, paſſim determinata ſunt, quae ſi intra praefinitum tempus legitimum appareant, contractus reſtituto venditori pretio reſcinditur: ſi tamen omne vitium in ſe ſuſceperit venditor, etiamſi non ſit cardinale, eiusdem praeſtationem ſuſcipere obligatur.

§. CLXXXI.

Potiora haec ſunt. 1) Pacta ſpecialia accurate obſeruentur. 2) Ratione equorum pro vitiis cardinalibus habentur a. Rotzig, b. Räutig, c. Haarſchlechtig, d. Springkollerend, taub, oder lauſchkollerend; de putredine vero, vulgo der Fäulung, nulla praeſtatur euictio. 3) Terminus praeſtandae euictionis ſunt triginta dies a die contractus continuo numerandi; intra quod tempus denunciatio vel inueſtigatio vitii iudicialiter fieri debet: quodſi vero extraiudicialiter fiat, teſtes adhibendi, deſuperque atteſtata expe-

dienda

g) Reg. Decr. de 22. Sept. 1742. de 4. Apr. 1668. 17. Iun. 1709. & 26. Nou. 1671. Conf. Specimen meum de Edicto aedilitio. Wirc. 1770. 4. vbi mendoſe legitur 1720. in Theſ. Iur. Franc. Sect. I. Opuſc. 40. pag. 2573.

dienda sunt. 4) Ratione boum, vitulorum & vaccarum lues venerea, vulgo die Franzosen, diuersos habet euictionis terminos; quodsi enim hoc vitium intra tres menses detegatur, venditoris solius est damnum, post tres menses, intra tamen sex menses, damnum pretii dimidiatur, reliquum autem damni & expensarum solus fert venditor. Post sex menses vero venditor solus omne fert periculum. 5) Vitium, quod vocant die Meerlinsen, cum lue venerea aequiparatur, caro tamen, si ea vesci adhuc liceat, redditur ei, cui damnum adiudicatum fuit. 6) Putredo Pulmonum, Renum, & Lienis, vulgo Lungen, Nieren und Milzfäulung, per quadrantem anni euictioni subest, salua damnificato carnis comestibilis restitutione. 7) Vitia, vulgo schwindelhirnig, fallende Krankheit, mit dem Stein oder Fürfall behaftet, Gewächs im Schlund, sich nicht füttern, per quatuor septimanas euictioni subiacent. 8) Casus fortuiti, vulgo die Nachtschäden, euictioni causam non praestant. 9) Ratione porcorum intuitu der Finnen, inspectio & visitatio peragenda, & si aliquod indicium inueniatur, venditor nullam praestat euictionem: quodsi vero nullum vestigium detegatur, per sex septimanas euictio praestatur. 10) Quodsi forsan in diuersis locis & Prouinciis diuersa quoque vitia sint determinata, leges nostrae reciprocum obseruari iubent. *

§. CLXXXII.

* Ita Mandatum de 17. Iun. 1709. & 2a. Sept. 1742.

§. CLXXXII.

De Iure protimiseos & retractus.

Ordinarie omnibus rerum suarum dominis rem, cuicunque velint, vendere permittitur: si tamen haec alienandi facultas ita restringatur, vt quis potius prae aliis ius habeat, hoc ius protimiseos, Vorkauf siue Näher-Recht, appellatur: & si pacto tribuitur, conuentionale, sin legibus constituitur, legale nominatur. Tale ius ciuibus prae exteris in praediorum ciuicorum alienatione, vrbibus ratione mercium aduectarum stapulae iure munitis, Principi ratione metallorum in territorio suo effossorum, domino ratione operarum a rustico aliis locandarum, & interdum Domino Iurisdictionis intuitu annonae & rerum comestibilium competit; de caetero sicuti hoc ius protimiseos libertatem subditorum naturalem restringens, nisi pactum, lex vel obseruantia adsit, haud praesumitur, ita nec semper ius tribuit rem in fraudem iuris protimiseos alienatam retrahendi, nisi simul cum Iure retractus coniunctum sit.

§. CLXXXIII.

Ius, rem venditam traditamque ab emptore, oblato etiam pretio, intra tempus lege praefinitum repetendi, ius retractus, Abtrieb, Beschüddung, Losung, Einstands-Recht appellatur. Quod ius proximo consanguineo prae extraneis competens retractus gentilitius

tilitius Erblosung, Erbfreunds=Recht dicitur: si condomino vel ciui prae exteris competit, retractus ex condominio, siue incolatu Marklosung: sin possessori praedii principalis censitici ad partem auulsam cum praedio principali coniungendam datur, ius congrui, Gespilte, Spaltungs=Recht, Theillosung, Zinnslosung: si tandem vicinis prae remotioribus, retractus ex vicinitate appellatur. Si concursus retrahentium oriatur, illi praeferuntur, qui aut duplici aut fortiori saltem retractus iure vtuntur. *h*) Extant tamen adhuc specialia Mandata in puncto retractus, vt vini *i*), bonorum in exemptos alienatorum *k*), bonorum ab officialibus praefecturarum emptorum *l*), aedificiorum Iudaicorum *m*), laniorum *n*), aliorumue *o*).

§. CLXXXIV.

---

h) Confer Nota t) supra ad §. 167. & Nota s) ad §. 166. Mand. de 30. Iulii 1750. §. 6. 7. 8.

i) Mandatum de 4. Nou. 1701.

k) Vide supra §. 52. & in specie Mand. de 30. Apr. 1720.

l) Decr. Cam. de 15. Apr. 1724. Mand. de 31. Mart. 1721.

m) Vide supra §. 45.

n) Decr. Cam. de 17. Maii 1758.

o) Decr. Reg. de 13. April. 1753. Decr. de 18. Ian. 1706. Adde Specimen meum de Iure Retractus in Thes. Iur. Franc. Sect. I. Opusc. 43. pag. 2653.

§. CLXXXIV.

De mutuo. Ex iis Contractibus, qui rem, retento aliquo Iure, in aliquem transferunt, primo loco notandum mutuum, quo res fungibilis ea lege in alterum transfertur, vt tantundem in eodem genere aliquando restituatur. Iam cum insignis olim esset in Germania pecuniae raritas, vsu obtinebat, vt debitor creditori loco vsurarum pro vsu pecuniae mutuatitiae pignus antichreticum concederet, vel fundum, addito tamen pacto, de retrouendendo, & reseruata reluendi potestate, venderet: vel si hoc non placeret, creditori annui reditus ex praedio debitoris loco vsurarum vendebantur. Quod Gülten, jährliche Renten verschreiben, appellant; de quo annuorum redituum fonte si rite appareat, debitor, praeuia creditoris interpellatione, Losung, & restituta sorte principali, praedium eiusmodi obligatione omnino liberare potest, nisi pactum de non redimendis annuis reditibus, unablößliche Renten, interuenisse, probatum fuerit.

§. CLXXXV.

De vsuris. Ex quo autem hoc ipsum vsurarum odium decoxit, & leges Imperii *p*) vsuras quincunces

---

p) R. P. O. 1548. T. 17. §. 8. de 1577. T. 17. §. 9. Rec. deput. de 1600. §. 139. R. de 1654. §. 174.

ces *q*) ex pacto & mora admiserunt: factum est, vt pignus etiam antichreticum & census siue reditus annui, aut decimae loco vsurarum concessae legitimam vsurarum quantitatem excedentes reprobarentur, hodieque adeo possessores pignoris, annuorum redituum vel decimarum ad legitimum vsurarum modum reddendasque rationes obligentur, vt tamen iudicis hac in re arbitrio multum relinquatur.

§. CLXXXVI.

De aliis contractibus.

Reliqui contractus, vt mandatum, depositum *r*), commodatum, societas, locatio *s*), vnice ex iure communi vel specialibus ex pactis diiudicantur, vti & contractus aleae, quorum nempe euentus non a sola voluntate paciscentium, sed potissimum incerto fortunae iudicio dependet: quales sunt varii lusus, sponsiones, & sic dictae Lotteriae, quae posteriores publica tantum authoritate habendae: vbi inter-

q) Decr. de 31. Aug. 1725. 17. Sept. 1725. & 27. Iun. 1726. Adde Mand. de 12. Iul. 1574.

r) In puncto depositorum iudicialium, & adhibendarum cautelarum variae prodiere Ordinationes, in specie de 29. Ian. 1711. 30. Oct. 1752. 6. Nou. 1778. & 26. Ian. 1779.

s) Contractus locationis cum famulis peculiari Ordinatione est explicatus 22. Sept. anno 1749. De Locatione Ouilium, Schäferey • Bestand. Vide Mand. de 8. Mart. 1731.

terdum ſubditis vſu lotteriarum ab exteris inductarum penitus, vel certo modo iure retorſionis interdicitur *t*). His contractibus de alea participantibus etiam annumerant Bodmeriam, aſſecurationem *u*), & contractum vitalitium *x*); ſed horum in Franconia, excepto vltimo, raro fit mentio.

§. CLXXXVII.

De fideiuſſione & cambio. Praeter contractus principales etiam ſunt alii acceſſorii. Inter hos eminet fideiuſſio, circa quam in Franconia notandum, quod omnes Officiales, item conductores bonorum Principis cautionem fideiuſſoriam praeſtare, & ſingulis annis, fideiuſſores adhuc in viuis & ſoluendo eſſe, docere debeant *y*); prohibitum eſt inſuper, ne ſubditi vage & ſine conſenſu ſuorum Magiſtratuum fideiubeant

---

t) Vide Mand. de 13. Dec. 1786.

u) Ordinationem der Brand = Aſſecuration exhibet Mand. de 18. Ian. 1768.

x) De Vitalitio vide Meditationes meas in Theſ. Iur. Franc. Sect. I. Op. LII. p. 3190.

y) Vniuerſal Rechnungs = Beſcheids. Puncten. de 1733. §. 1. Conf. Mand. de 18. Sept. 1727. nec non Mandatum de 28. Sept. 1783. vbi de ſpecifica renuntiatione beneficiorum fideiuſſoribus competentium fuſius tractatur.

beant z); mulieres autem beneficiorum suorum semper certiorentur a). Obtinet etiam in Germania contractus cambialis, cuius tamen in Franconia nondum est vsus, nisi quod paratiorem, vt in processu summario & executiuo fieri solet, habeat executionem, sicuti alia instrumenta guarantigionata; de caetero autem Ius praelationis cambia haud tribuunt.

TITVLVS II.

De Iure Successionum.

SECTIO I.

De Successione pactitia, item testamentaria.

§. CLXXXVIII.

De Successione pactitia. Occasione successionis occurrit primo loco pactitia; cum enim Iura Germaniae singularum Prouinciarum & Vrbium subditis ius concedant, pactis suis Iuri communi derogandi, & eiusmodi dispositiones pactitias de successione quoque obseruari velint, facile est animaduertendum, pacta successoria siue conuentiones de haereditate in alterum transferenda, quae ab antiquissimis inde temporibus constanti Germaniae vsu obtinuerunt, hodiedum valida esse, etiamsi iuramento non confirmata fuerint,

z) Mand. de 21. Iulii 1686.

a) Taxordn. de 1724. §. 32. Decretum Cam. de 9. Nou. 1729.

fuerint; licet ius Romanum in alia omnia iuerit, & eiusmodi pacta tanquam vota captandae mortis bonisque moribus contraria condemnauerit.

§. CLXXXIX.

De testamentorum ortu in Germania. Testamentorum olim nullus omnino vsus fuit in Germania, mature tamen introductione iuris peregrini frequentari coeperunt: fluit ergo conclusio, vniuersam fere de successione testamentaria doctrinam ex praeceptis Iuris peregrini diiudicari oportere, hodieque adeo testamenta eundem in Germania fauorem experiri, quem Ius commune ipsis assignauit, nisi facultas & forma testandi ex rationibus peculiaribus Iuris patrii restricta vel extensa esse intelligatur. *b*)

§. CLXXXX.

De testamentis Nobilium. Ob diuersam naturam bonorum ciues longe liberiori testamentorum condendorum facultate vtuntur, quam Nobiles; eorum tamen testamenta in causis tantum non omnibus ex regulis Iuris communis conficiuntur; testamenti igitur factio omnibus regulariter est permissa, nisi de prohibitione expressa doceatur *c*).

Nnnnnnnnnnn 2 §. CXCI.

b) Conf. meam Diss. de eo, quod iustum est LL. franconicis circa Testamenta. in Thes. S. L. Op. 36. p. 2335

c) L. G. Ordn. P. 3. T. 38. §. 1.

§. CXCI.

Quinam non possint testari?

Prohibentur autem 1) masculi 14. foeminae 12. annis minores. 3) Furiosi, dementes, tempore furoris. 3) Muti, & surdi simul, si scripturae sunt imperiti. 4) Pro prodigis legaliter declarati. 5) Banniti tempore banni. 6) Ii, quorum bona sunt confiscata. 7) Liberi & Nepotes in Potestate Parentum constituti, nec separati, licet pubertatem attigerint, si nil proprii habent, nequidem de praecipuo, cuius dies nondum venit, testari possunt. *d*) De peculio aduentitio testari valent, ita tamen, vt vsusfructus parentum vsque ad mortem parentis vel factam diuisionem in saluo maneat. *e*) De dote & donatione propter nuptias liberi etsi nondum separati testantur. *f*) De peculio aduentitio irregulari, non distinguendo, an per artes liberales vel illiberales, aut post separatam Oeconomiae institutionem aquisiuerint, salua in illo legitima parentum, libere testantur. *g*) Liberi vero separati de omnibus testantur, neque parentibus legitimam debent: quodsi turpem personam instituant, & Parentibus & fratribus querela competit inofficiosi. *h*)

8) Pa-

---

d) L. G. O. P. 3. T. 39. §. 8.

e) Ibidem T. 39. §. 9. & 10. *f*) T. 39. §. 11.

g) T. 39. §. 12. *h*) T. 39. §. 12.

8) Parentes, si bona cum liberis cuiuscunque speciei diuisere, de sua tertia testantur, prout volunt, nec separatis amplius aliquid debent. *i)* Parentes vniti liberis nondum separatis, nec bonis diuisis testari nequeunt. *k)* Parentes vero naturales extantibus liberis ex matrimonio natis etiam diuisione non facta, de sua tertia inter liberos testari, eamque vel vni, vel aliis relinquere possunt, quibus etiam inhibitum non est, hanc tertiam pauperibus cognatis aut Benefactoribus tribuere, neutiquam vero ad alias personas deuoluere queunt. *l)* Omnibus tamen parentibus cuiuscunque speciei ad causas pias, licet diuisio facta non sit, testari de sua tertia permittitur. *m)* Parentes, qui diuidere volunt, legitimo autem modo v. gr. morbo improuiso vel contagione existente diuisionem actu expedire non possunt, de tertia sua testari quidem possunt, *n)* cessante tamen morbo & periculo actualiter diuidere debent, alias tale testamentum corruit. *o)* Si parentes diuisionem liberis offerant, hique eam acceptare sint obligati, & tamen recusent, diuisio habetur pro peracta; inde ac si diuisio realiter facta fuisset, de sua tertia liber-

 rime

---

i) L. G. O. P. 3. T. 39. §. 14.
k) Ibid. P. 3. T. 39. §. 16. *l)* T. 39. §. 16. 17.
m) T. 39. §. 18. *n)* T. 39. §. 19.
o) T. 39. §. 20.

rime diſponunt. *p*) 9) De Teſtamenti factione Coniugum haec adnotanda veniunt.

Matrimonia ſunt vel ſine vel cum pactis inita. In caſu poſteriori ea, dummodo probari poſſint, ſunt exacte ſeruanda, & irreuocabilia: ſicque iuxta illa ſucceditur; neque confirmatione indigent iudiciali, valentque tamdiu, donec iuſtis ex cauſis in litem deducta ſententia lata caſſentur. *q*)

Dubium hic moueri poteſt ex Mandato de 30. Iulii 1709, vbi Confirmatio Iudicii prouincialis ad valorem de ſubſtantia requiri videtur. Cum autem hoc Mandatum §. 3. tantum de Condonationibus & conuentionibus ſecundo matrimonio initis loquatur, non ad pacta primi matrimonii ſimplicia, ſed plenarias vniuerſorum bonorum condonationes, ſeu communionem vniuerſalem per pacta initam applicandum cenſeo. Quodſi matrimonium ſine pactis ſit initum, neque liberi adſint, cum cuiusuis coniugum illata illius maneant, & dimidium aquaeſtus alterutri competat, deſuper quoque quiuis coniugum libere teſtari poteſt, ita vt altera nullam petere queat legimam. *r*)

Teſta-

---

p) L. R. O. P. 3. Tit. 39. §. 21.

q) Ibidem P. 3. T. 39. §. 22.

r) Ibid. P. 3. Tit. 39. §. 23. iuncto Mandato de 22. Iul. 1777. §. 4. Adde Ord. Prou. T. 96. §. 4. & T. 97. §. 3.

Teſtamenta reciproca coniugum improlium quod attinet, ea ſi forma Iuris Romani vel Franconici ſint confecta, ſubſiſtunt, quae tamen ab vna etiam parte reuocari poſſunt s). Exiſtentibus autem cuiusuis ſpeciei liberis Teſtamenta ab vna, altera adhuc viuente parte condita nullius ſunt momenti, vna vero mortua iuxta §. 15. & 16. ſupra allegatum diiudicantur. t)

Denique 10) illi omnes teſtari prohibentur, quibus de iure iuſtinianeo teſtari eſt interdictum. u)

§. CXCII.

De modis condendi Teſtamenta.

Teſtamenta iuxta ſolennitates Iuris Romani confecta, ſuum habent valorem; cum tamen eiusmodi condendi modus variis implicitus ſit tricis, hinc praeter hunc adhuc triplex Teſtamentorum forma eſt permiſſa: Prima autem de Iure Franconico teſtandi forma eſt:

Si Teſtator in iudicio compareat, coram eo vltimam ſuam voluntatem exponat, rogetque, vt ad acta referatur, & ad mortem vſque reſeruetur: quod propoſitum Scriba iudicii ad acta relatum teſtatori

s) L. G. O. P. 3. Tit. 39. §. 24. Mand. de 22. Iul. 1777. §. 4.

t) L. G. O. P. 3. T. 39. §. 25.

u) Ibid. P. 3. Tit. 39. §. 26.

praelegere & ad mortem vſque, ſi velit teſtator, in occulto reſeruare debet *x*).

Secunda forma eſt, ſi Iudicio, dem Stadt- oder Dorfgericht, teſtamentum, vltimamue ſuam voluntatem in ſcriptis clauſam & ſigillatam offerat, petatque, vt actis Iudicii inſinuetur, & donec viuat, non aperiatur, poſt mortem autem apertum executioni mandetur *y*).

Tertia forma eſt, ſi teſtator aegrotus, qui ex infirmitate forte in Iudicio comparere nequit, ad domum quatuor de Iudicio, & Scribam, ſi commode haberi queat, conuocet, coram quibus vltimam ſuam voluntatem exponat, petatque, vt proximo Iudicii termino Iudicio inſinuent, ad acta referri, & poſt mortem publicari curent: quod conuocati implere, & rite Iudicio inſinuare debent *z*).

Breuiter hic delineata vberius deducta inueniuntur in Diſſ. mea de eo, quod iuſtum eſt circa Teſtamenta LL. Franconicis, vbi & has formas nil aliud, quam teſtamenta Iudici oblata, vel ad Acta confecta eſſe demonſtraui.

§. CXCIII.

Teſtamenta Clericorum quod concernit, deſuper

x) L. G. O. P. 3. Tit. 40. §. 2. ſeqq.

y) Ibid. Tit. 40. §. 7. ſeqq. *z*) Ibid. §. 9. ſeq.

per variae exiſtunt Ordinationes *a*). Ratione Teſtamentorum ſubito infirmorum coniugum vide Mand. de 17 Iun. 1655. Quomodo autem ii, qui in hoſpitale ſunt recepti, teſtari queant, determinat Mand. de 12 Dec. 1690. Sic quoque *formam* Teſtamentorum tempore peſtis conditorum ſequens Ordinatio exacte praeſcribit:

Julius von Gottes Gnaden ꝛc.

Lieber Getreuer, Nachdem durch göttliche Verhängnuß faſt überall gegen und um unſer Stift, und Fürſtenthum die Seuch der Peſtilenz allgemach einreißen, daher Wir aus vätterlicher Fürſorg allerhand Verordnung gethan, und Befelch abgehen laſſen, zum Fall der Allmächtige auch Uns, und die Unſerigen daheim ſuchen wollt, oder allbereit angegriffen hätte, wie ſich Unſere Unterthanen zu Abwendung ſeines gerechten Zorns gegen Gott, und Verhüethung mehrern Schadens, ins gemein verhalten ſollen, und dann auch die Gericht, fürnehmlich Unſer Kaiſerl. Landgericht Herzogthumbs zu Frankhen, in fürfallenden daſelbſt hingehörigen Sachen, zu ſolchen betrübten, gefährlichen Zeithen nicht mehr beſucht, und rechtlicher Ordnung nach procedirt werden können.

Damit

a) Conferatur Theſ. Iur. Franc. Sect. II. pag. 248. & 1316. Item norma practica de 1. Ian. 1742. & Mand. de 8. April. 1680.

Damit dann in Vermächtnissen, und dergleichen Contracten, so gemeiniglich für Unser Landgericht gehören, Niemand möge verkürzt werden, und aber die gemeine beschriebene Rechten, ohne daß, wie in solchen Nothfällen sich zu verhalten, genugsamb disponiren, und verordnen, welches dem gemeinen Mann unbewußt, und hiedurch zu Schaden kommen mögt.

So befehlen Wir hiemit gnädig, und wollen, wann Unsere Unterthanen, so an inficirten Orthen wohnen, oder diese schwehre läuft noch dahin kommen, und gelangen sollten, Testament, letzten Willen, oder dergleichen Codicill, Donationes, und Vermächtnussen aufrichten, und Eheleuth einander die Güter vermachen wollen, welches sonsten ahn Unser Kayserl. Landgericht zu geschehen, und daselbst pflegt confirmirt zu werden, daß Sie die Unterthanen solches vor zween Mannen, und ob sie wollen, auch sich die Gelegenheit geben wollt, Unsern Pfarrherrn deren Orths, wohl thuen, und beschreiben lassen mögen, dasselbe auch nit weniger Kraft, und Bestandt bey instehender gefährlicher Sterbensläuft haben solle, als wanns gleich ordentlicher Weis zugegangen, und confirmirt worden wäre.

Desgleichen, daß Eheleuth einander zu rechten Vatter, oder rechten Mutter einsetzen, Einkindschaften aufrichten, den Kindern Voraus setzen, Vormünder verord-

verordnen, und sich von den Kindern abtheilen wollen, ist Unser Gnädiger Will und Meynung, daß solches gleichfalls vor zweyen Zeugen, und da möglich von beeder Seiths nächsten Freunden beschehen, gleicher Gestalt beschrieben, und die zuvor, oder hernacher angezeigt werden. Welches alles du denen Unterthanen für zu halten, und dann hernacher, wann der Allmächtige die wohlverdiente Straf von Uns abwenden wird, an Unserm Kayserl. Landgericht kann fürgebracht, und confirmirt werden, wollten Wir dir gnädig nit verhalten. Datum in Unser Statt Würzburg den 19sten October Anno 1597.

§. CXCXIV.

Quinam testes adhibendi.

Testamentis adhibentur testes, & quidem habiles; reputantur autem pro inhabilibus 1) Qui testamentifactionem actiuam non habent.* 2) Foeminae. 3) Haeres institutus eiusque pater, & omnes, qui in eorum sunt potestate. 4) Omnes, qui sunt in potestate testatoris *b*). 5) Ii, qui aliquid ex testamento capere nequeunt,

---

* Id est, qui apud Romanos ius interessendi Comitiis non habebant: Neutiquam vero illos indigitat, qui testamenta condere non possunt, sic v. gr. filiifamilias testamenta condere non poterant, a testimonio tamen non arcebantur.

b) L. G. O. P. 3. T. 41. §. 1. vsque 6.

queunt, nec non 6) Omnes, qui Iure communi teſtes teſtamentarii eſſe prohibentur c).

§. CXCV.

De Inſtitutione haeredis. Teſtamenta fiunt propter futurum haeredem; in teſtamento igitur haeredis inſtitutio certa requiritur d), ita tamen, vt plures haeredes inſtituere liceat e); ne tamen quis pro parte teſtatus, & inteſtatus decedat, ratione haereditatis diuidendae regula ponitur f), ſimulque ius accreſcendi inter haeredes ratione portionis deficientis definitur g), & in puncto conditionum norma praefigitur h), nec non dupondium in exilium agitur i).

§. CXCVI.

Sicuti ad teſtamenti factionem actiuam habilitas requiritur, ſic & eadem ad paſſiuam eſt neceſſaria; poſſunt autem haeredes inſtitui 1) omnes, qui teſtamenti factionem actiuam habent. 2) Item muti, caeci,

c) L. G. O. P. 3. T. 41. §. 7. De Teſtimonio parochorum vide Mand. de 11. Ian. 1672.

d) Ibidem P. 3. T. 42. §. 1.

e) Ibid. P. & T. cit. §. 4. & 5.

f) Ibid. cit. §. 6. vſque 9. incl. g) Ibid. P. 3. T. 42. §. 10.

h) Ibid. P. 3. T. 42. §. 11. vſque 13. incluſ.

i) Confer mea Specimina Theſ. Iur. Franc. Sect. I. pag. 2009. & pag. 2282.

caeci, ſurdi, furioſi, ii, qui non ſunt ſui iuris, impuberes, poſthumi, etſi actiua teſtamenti factione non gaudeant. 3) Perſonae incertae, Ciuitates, Eccleſiae, Xenodochia, communitates & confraternitates licitae *k*). Prohibentur vero haeredes inſtitui 1) banniti, perpetuo relegati, aut ad perpetuos carceres, 2) vel mortis ſupplicium condemnati *l*). 3) Ex adulterino vel damnato coitu nati, a parentibus inſtitui nequeunt, 4) aliique legibus ciuilibus Romanis pro inhabilibus declarati *m*).

§. CXCVII.

De Subſtitutione pupillari.

Inſtitutiones ſecundi gradus dicuntur ſubſtitutiones, quae ad imitationem Iuris communis ſunt permiſſae, & antea locum non habent, niſi deficiente gradu primo: eſt autem ſubſtitutio alia vulgaris, alia pupillaris *n*), alia exemplaris *o*). Vt ſubſtitutio pupillaris locum habere queat, requiritur, 1) vt ſubſtituens Teſtator ſit perſona ex aſcendentibus, vel ſaltem ex conſanguineis per lineam paternam. 2) Vt ille, cui ſubſtituitur a teſtatore, per diuiſionem nondum

---

k) L. G. O. P. 3. T. 43. §. 1. vſque 3.

l) Hoc hodie ceſſat, exceptis reis laeſae Maieſtatis, Criminis perduellionis, & Autochiris.

m) L. G. O. P. 3. T. 44. *n*) Ibid. P. 3. T. 45.

o) Ibid. P. 3. T. 46.

dum ſit ſeparatus. 3) Vt ſit pupillus & in impubertate ſit mortuus. 4) Vt teſtator omnes ſuos liberos, ſicque etiam pupillum inſtituerit, vel alios legitime exhaeredauerit. His praeſuppoſitis parentes indiuiſi vtriusque ſexus ita liberis ſuis ſubſtituere poſſunt, vt ſubſtitutus omnia vndecunque venientia pupilli bona accipiat. Diuiſi vero non aliter ſubſtituunt, quam ſi pupillo ſeparato de ſua tertia quid haeredis titulo reliquerint, quod tantum, & non alia bona, ad ſubſtitutum peruenit: & hoc etiam obtinet in ſubſtitutione ab agnatis facta *p*).

§. CXCVIII.

Quod autem mater & auia ſubſtituere queant pupillo haud ſeparato quoad totam ſubſtantiam, fundamenta haec ſunt:

I. Cum poteſtas patria Iure franconico etiam competat matri, ſicque vti pater vſufructu bonorum liberorum gaudeat, etiam ius ſubſtituendi ei haud erit denegandum.

II. Quod tam Rubrum quam Nigrum Tit. 45. ſemper loquatur in plurali: Die Eltern denen Kindern. In Rubro. §. 4. Den Elteren. §. 6. Daß die Kinder von des teſtirenden Vatter, Anherrn, Mutter, Anfrau auch nicht abgetheilet seyen.

Obſtare

---

p) L. S. D. P. 3. Tit. 45. per totum.

Obſtare vero videtur a) quod ſub Elteren in plurali intelligi poſſint pater & auus; b) & Leges, ſi de vtroque ſexu loquantur, vtantur verbis: die Eltern Manns- und Weibspersonen. q) c) Quod Tit. 45. §. 5. die Mütter und Anfrauen connectantur cum agnatis, quibus permiſſum haud eſt, in totam pupilli ſubſtantiam ſubſtituere r) d) Quod agnati praeferantur cognatis, ſicque etiam facultas patris pinguior ſit, quam matris.

Deciſione haec quaeſtio indiget, interea vero accedo ſententiae priori, potiſſimum ex ea ratione, quod Ius Franconicum expreſſe dicat, ſe recedere a Iure communi, quod non foret, ſi mater tantum in iis, quae ab illa proueniunt, ſubſtituere poſſet, vtpote iam Iure Romano conceſſum.

Et reſpondeo ad a) & b), hanc interpretationem, vtpote ſenſui communi vim inferentem, eſſe reiiciendam: ad c) quod §. 5. quidem coniungantur: aſt §. 8. de parentibus ſeparatis & non ſeparatis eſt ſermo, ergo debent eſſe matres cum patre coniunctae, quia §. 9. ab agnatis (ſi ſeparati non ſint liberi) ſeiunguntur. Ad d) ab agnatis ad patrem non valet argumentum, ergo nec a Cognatis ad Matrem.

§. CXCIX.

---

q) L. G. O. P. 3. Tit. 46. §. 1.
r) Conf. §. 9. Tit. 45.

§. CXCIX.

De fideicommissaria haereditate.

Praeter institutiones directas datur etiam indirecta seu fideicommissaria s); & cum eiusmodi institutiones & testamenta ex natura, quod sint vltima voluntas, debeant esse libera ab omni vi, coactione aut metu; hinc mirum non est, quod eiusmodi machinationes & impedimenta seuere coerceantur t).

§. CC.

De aditione haereditatis & inuentario.

Defuncto testatore haereditas ab haerede praesente intra trigesimum, ab absente inter 4. septimanas a die notitiae institutionis est adeunda vel repudianda; u) ne autem incaute adiens damnum incurrat, introductum est beneficium inuentarii x); quo debite confecto y), ad plus non tenetur haeres, quam in haereditate fuit. Ad inuentarii confectionem solennitates Iure Romano praescriptae non desiderantur, sed sufficit, si haeres praemissa protestatione, quod non in plus, quam facultates haereditatis patiuntur, teneri & obligari velit, intra 4. septimanas

---

s) L. G. O P. 3. T. 47. t) Ibid. P. 3. T. 53.

u) Ibidem P. 3. T. 54.

x) Ibid. P. 3. Tit. 55. §. 1. vsque 4.

y) Ibid. P. 3. T. 55. §. 8. vsque 10.

nas a cognita testatoris morte per approbatum Notarium siue Actuarium Iudicii, in praesentia duorum de iudicio, inuentarium confici, ac intra mensem perfici, in eo omnia bona haereditaria conscribi, & copiam ad Acta Iudicii reponi curet. z)

§. CCI.

Quomodo testamenta inualidentur. Testamenta, etsi legitime ab initio sint confecta, variis tamen modis inualidantur. Et quidem 1) mutatione voluntatis & confectione alterius testamenti *a*); 2) si testator testamenti factione non gaudeat. *b*) Vel 3) haeres institutus sit inhabilis *c*). Vel 4) testamentum debitis destituatur requisitis *d*). 5) Si testator haeredes necessarios vel praeterierit, vel inique exhaereditauerit. *e*) 6) Per superuenientiam liberorum tam naturalium & legitimorum simul, quam liberorum legitimorum tantum, id est vnitorum *f*).

7) Si

z) L. G. O. P. 3. T. 55. §. 7. & seqq. Conf. Mand. de 17. Nou. 1717.

a) Ibidem P. 3. T. 56. §. 2. 3. & 4. Conf. Diss. de querela inofficiosi inter Parentes & Liberos exule. Thes. Iur. Franc. Sect. I. Opusc. 37. p. 2414.

b) L. G. O. p. 3. T. 56. §. 5.

c) T. 56. §. 6. d) P. 3. Tit. 56. §. 7.

e) Ibid. P. 3. T. 56. §. 8. & 9. f) Ibid. §. 10.

7) Si teſtamentum deſtituatur g), vbi in ſpecie notandum, quod, ſiquis teſtamentum impugnare velit, ei tantum annus ſit praefinitus. h)

§. CCII.

De legatis. In teſtamentis occurrunt etiam legata, quae ab eo, qui teſtandi Ius habet, illis tantum, qui etiam haeredes inſtitui potuiſſent, relinqui poſſunt i); vbi ſi in teſtamento dentur, teſtamentum validum requiritur; ſi extra teſtamentum coram duobus teſtibus etiam non rogatis dediſſe ſufficit k); legata mox exſoluenda, & ſi exſoluta iam ſint, haereditasque exhauſta, hoc creditoribus haereditariis non obeſt, ſed haeres debita exſoluere & ratione falcidiae legatarios conuenire debet l): damna autem & commoda, quae ſine culpa haeredis & executorum teſtamenti in re legata contigerunt, ſunt legatarii. m) Ius quidem accreſcendi in legatis obtinet, varia autem genera coniunctionum ſunt ſublata. n)

Circa

g) L. G. O. P. 3. T. 56. §. 11.

h) Ibid. T. 57. §. 1. 2. 3. i) Ibid. T. 58.

k) Ibid. P. 3. T. 59. §. 1. 2. Conf. tamen Mand. de 22. Iul. 1777. §. 6.

l) L. G. O. P. 3. T. 60. §. 1. 2. 3.

m) Ibid. T. 61. §. 1. & 2.

n) Ibid. P. 3. T. 62. §. 1. 2. Conf. Theſ. Iur. Franc. Sect. I. pag. 2327. ſeqq.

Circa legatum rei alienae vel oppignoratae certae ſtatutae ſunt regulae *o*), quales etiam extant de re legata ab ipſo teſtatore diſtracta *p*); ſicuti autem, legatario praemortuo, legatum extinguitur *q*), ſic etiam illud, ſi conditionatum ſit, vel conualidari vel annullari poteſt *r*). Sunt quoque certi caſus, in quibus legata legatariis adimuntur; vt 1) ſiquis ſibi ipſi legatum in teſtamento alieno ſcripſerit *s*); 2) ob inimicitias capitales inter teſtatorem & legatarium poſt conditum teſtamentum exortas *t*). 3) Siquis ſibi legatum clam aufferat *u*); 4) ſiquis teſtamentum celauerit *x*).

§. CCIII.

De quarta falcidia. Vt haeres aliquid pro labore ſuo percipiat, cautum eſt, ne teſtamentum vltra tres quartas in legatis contineat; et ſi forſan plus legatum ſit, haeredi detractio quartae falcidiae a legatis pro rata permittitur *y*). Quod non tantum in teſtamentis & codicillis, ſed etiam donationibus

Oooooooooo 2 mortis

o) L. R. O. P. 3. T. 63. §. 1. 2. 3. 4. 5. & 6. Conf. Theſ. Iur. Franc. Sect. I. p. 2407.

p) Ibid. P. 3. T. 64. §. 1. 2.

q) Tit. 65. §. 1. *r*) Ibid. T. 66. §. 2. 3. 4. 5.

s) Ibid. P. 3. T. 67. §. 2. *t*) Tit. 67. §. 3. & 4.

u) Ibid. P. 3. T. 67. §. 5. *x*) Ibid. cit. §. 6.

y) Ibidem P. 3. Tit. 68. §. 1. 2. 3.

mortis causa, donationibus coniugum morte confirmatis, non autem de eorum reseruato obtinet. z) Prohibetur autem detractio falcidiae 1) illis, qui iam saluam habent legitimam a), quodsi vero ille, cui legitima competit, illam non detraxit, siue vt verbis Ordinationis vtar, aliquis Af- vel Descendentium in casu hoc legitimam praetendere non possit (v. gr. si a Nepote Auus, viuo adhuc Patre, cui legitima data est, vel ab Auo Nepos sit institutus) salua ei est, vt alii extraneo haeredi deductio Falcidiae vel Trebellianicae. 2) In legato dotis coniugi dato b), qui aliquid ex haereditate surripuit c). 4) In legatis perpetuo non alienandis. d) 5) In legatis ad causas pias. e) 6) In legatis, ex quibus testator eam detrahi prohibuit. f) 7) Si haeredes aliqua legata sine diminutione exsoluerint g), vel 8) inuentarium non confecerint h).

§. CCIV.

De codicillis & executio- Affines sunt testamentis Codicilli, quibus vel sine testamento vel cum testa-

z) L. G. O. P. 3. T. 68. §. 4. 5. 6.
a) Ib. T. 69. §. 1. & 2. b) Ibid. T. 69. §. 3.
c) Ib. cit. §. 4. d) Tit. 69. §. 5.
e) Ibid. P. 3. T. 69. §. 6. f) Ibid. cit. §. 7.
g) Ibid. P. 3. T. 69. §. 8. h) Ibid. P. & T. cit. §. 9.

ne testamentorum. stamento legata dantur, certis tamen adhibitis solennitatibus *i*). Siue autem sint Testamenta siue Codicilli, quia executione post mortem defuncti indigent, haec regulariter haeredibus incumbit; nihilominus tamen cuiuis testatori executores testamentarios denominare licet *k*). Et quamuis talis designatus Executor, hoc officium acceptare non teneatur *l*), oportet tamen, vt intra decendium a die notitiae se excuset *m*), neque antecedenter pactum cum testatore de acceptanda executione inierit. *n*) Quo etiam non extante, si se excuset, id, quod hoc titulo ei relictum est, amittit *o*), & alius illius loco ex officio constituitur, cui incumbit, vt omnia bona custodiat, inuentarium conficiat, & vltimam voluntatem accurate exequatur. *p*) Executori terminus anni est praefixus *q*), qui & executione finita rationes officii sui reddere tenetur *r*). Specialis quoque extat Ordinatio, vi cuius, si in testamento constitutus sit Executor, hic tamdiu, quamdiu res non sit litigiosa, Iudicium Prouinciale excludat.

i) L. R. O. P. 3. T. 70. §. 1. & 2.
k) Ibid. T. 71. §. 1. *l*) Ib. T. 71. §. 2.
m) Ibid §. 4. *n*) Ibid. Tit. 71. §. 2. *o*) Ibid. § 3.
p) Ibid. T. 71. §. 5. vsque 8. *q*) Ib. T. 72. §. 1. 2. 3. 4.
r) Ibidem P. 3. T. 73. §. 1. 2. 3. 4. Officium eiusmodi Executoris practice docet sic dicta Norma practica de 1. Ian. 1742.

SECTIO II.

De successione haeredum necessariorum & in specie de Legitima nec non diuisione parentum.

§. CCV.

Quid haeredes necessarii?

Haeredes necessarios Iure franconico illos dicimus, qui non quidem vt olim serui romani haeredes esse cogebantur; sed ii, qui haeredes institui debent, & iusta tantum ex causa exhaeredari possunt: hi autem sunt parentes & liberi, quatenus necessario in Legitima sunt ab inuicem instituendi; De Iure Romano liberi titulo honorabili institutionis sunt honorandi *s*), neque sufficit iis dedisse legatum. Ast Iure franconico aliter se res habet, sufficit enim eos haud praeteriisse, & illis titulo particulari aliquid reliquisse, salua tamen liberis actione suppletoria *t*). De Legitima igitur primo loco agendum.

§. CCVI.

Legitima Liberorum.

Legitima Franconica liberorum sunt duae tertiae omnium bonorum deducto aere alieno *u*). Hanc Legitimam omnes ascendentes semel liberis suis tam naturalibus & legitimis simul, quam

---

s) Nro 115. c. 3. Nou. 107. c. 1.

t) L. G. O. P. 3. Tit. 48. §. 3.

u) Ibid. P. 3. Tit. 29. §. 1, 2.

quam legitimis tantum, siue vnitis extradere tenentur *x*); ad quod etiam adhuc viui parentes certis tamen tantum & determinatis in casibus obligantur *y*): quem actum die Abtheilung, Abdrittlung, diuisionem vocamus. Saepe contingit, bona vel ante vel in ipsa diuisione augeri, certae ergo praescriptae sunt regulae *z*), ex quibus cognosci queat, an bonis diuidendis annumerandum sit augmentum. Ne autem parentes in designatione bonorum dolo vel ante vel post vtantur, data suspicione iuramentum manifestationis illis iniungitur *a*). Econtra liberi, vel eorum tutores, super accepta Legitima apocham parentibus extradere iubentur *b*). Separatis hoc modo parenti-

Doooooooooo 4 bus

---

x) L. G. O. P. 3. T. 30. §. 1. Vide supra §. 112.

y) Ibid. P. 3. T. 31. §. 1. vsque 22. Conf. dicta §. 112.

z) Ibid. P. 3. T. 32. §. 1. vsque 13. Quae regulae eo collimant, quod quae diuisione semel commissa, licet nondum coepta aut peracta, alicui partium accedit, id etiam ad eum ita pertineat, vt desuper tam inter viuos quam mortis causa disponere queat: prout & per talem fictione factam diuisionem, ipsum vinculum vnionis respectu vnitorum tollitur: & hoc obseruato etiam successio ab intestato obtinet. Quodsi super commissa vel oblata diuisione lis oriatur, Vis sententiae ad tempus commissi vel oblationis retrotrahitur.

a) L. G. O P. 3. T. 33.

b) Ibid. P. 3. Tit. 34.

bus & liberis, liberi vlteriorem in parentum bonis Legitimam petere nequeunt c). Liberum tamen est, mutuo accedente consensu parentum & omnium vel aliquorum liberorum, an de nouo velint bona commiscere; quod tamen separato Proclamate fieri debet, absque distinctione, an liberi maiorennes sint, nec ne d). Et tunc sic commixti habentur vel inter se, vel etiam respectu parentum, quoad nempe consenserunt, pro plene inseparatis e): hac tamen sub distinctione, quod, si parens ad vlteriores forte nuptias conuolet, olim haec commixtio tanquam noua vnio nouo Proclamate fuerit firmanda f), secus si in viduitate permaneat g): quod tamen, vt mox dixi, mutatum.

§. CCVII.

Legitima Parentum.

Legitima vero parentum in bonis castrensibus & quasi castrensibus (in quibus parentibus de se nec competit vsusfructus nec administratio) liberorum non separatorum, licet per separatam oeconomiae institutionem emancipatorum, est tertia bonorum pars, quam liberi relinquere tenentur parentibus, nisi illi liberos habeant, vel omnia

---

c) P. 3. Tit. 36. §. 1. d) Mand. de 22. Iul. 1777. §. 4.
e) L. G. O. P. 3. Tit. 35. §. 1. 2. 3.
f) Ibid. P. 3. T. 76. §. 3. & T. 35. §. 3.
g) Ibid. P. 3. T. 35. §. 2. & Tit. 78. §. 1.

nia ſua bona coniugi applicauerint *h*). Quodſi vero liberi ſemel ſint ſeparati, parentes in eorum bonis vlteriorem Legitimam praetendere haud poſſunt *i*).

§. CCVIII.

De exhaeredatione. Ex conſtitutione huius Legitimae fluit neceſſitas, vi cuius parentes liberos in Legitima inſtituere, vel iuſta ex cauſa exhaeredare tenentur: ſalua caeteroquin parentibus modificata facultate, de ſua tertia ante vel poſt diuiſionem teſtandi *k*). Cauſae vero legitimae exhaeredationis liberorum variae & vix non omnes Iure Romano denominatae determinantur *l*).

§. CCIX.

Sicuti a parentibus liberi vel in Legitima inſtituendi vel exhaeredandi ſunt: ſic etiam liberi parentes vel inſtituere *m*) vel exhaeredare tenentur. Cauſae autem

h) Ibid. P. 3. Tit. 36. §. 1. vſque 4. Conf. Tit. 27. §. 12. & Tit. 19. §. 3. 4.

i) L. R. O. P. 3. Tit. 39. §. 13.

k) Ibid. P. 3. T. 48. §. 1. vſque 7. Item Tit. 39. §. 14. 15.

l) Ibid. P. 3. T. 50. §. 1. vſque 16. Conf. in ſpecie Diſſ. meam de Teſtamentis in Theſ. Iur. Franc. Sect. I. Op. 36. p. 2402. ſeqq.

m) Ibid. P. 3. T. 49. §. 1. vſque 6.

autem huius exhaeredationis etiam determinantur *n*).

§. CCX.

De Legitima collateralium.

Vltra parentes & liberos ius petendi Legitimam non extenditur; & hinc collaterales eam petendi ius non habent, nisi fratres & sorores in casu turpis personae institutae *o*).

Sectio III.

De Successione ab intestato.

§. CCXI.

De fundamento successionis franconicae.

Francones in successione praedilectionem pro fundamento posuerunt; sicque cum amor erga coniugem sit prior liberis, etiam communionem bonorum & ex ea praecipuam coniugum deduxere successionem, de caetero autem Principium naturale ab Aristotele *p*) iam propositum, quod amor primum descendere, dein, si non habeat, quo descendat, ascendere, ac denique, si nec ascendere possit, ad latus diuergere soleat, in vsum deduxere: ex quo sequitur,

---

n) L. G. O. P. 3. Tit. 51. §. 2. vsque 9.

o) Ibidem P. 3 T. 52. §. 1. 2. 3.

p) Ethicor. ad Nicom. VIII. 12.

tur, quatuor potissimum esse successionis ordines, Coniugum communioni obnoxiorum, Descendentium, Ascendentium, & Collateralium, habita etiam in horum defectu fisci ratione.

§. CCXII.

Differentia coniugum. Inter coniuges notanda est differentia, quod aliqui pacti sint de futura successione, alii nulla desuper inierint pacta, (bedingte und unbedingte Heyrathen): posteriores vel sunt in communione bonorum per liberos ex hoc matrimonio natos & tempore mortis parentum extantes; vel per vnionem prolium: vel in nulla sunt communione, dum neque pactis illam stabiliuerunt, neque vnionem iniuerunt, neque liberi ex matrimonio extant. De singulis igitur speciatim.

§. CCXIII.

*De successione coniugum * sine pactis & liberis.*

Si coniugum vnus, qui nec pactis de futura successione sibi prospexerunt, nec liberos vel legitimos &

---

* Conferatur hic Diss. mea de Successione Coniugum in Thes. Iur. Franc. Sect. I. Op. 23. pag. 1662. seq. vbi haec materia fuse tractatur & varii casus specialiter enucleantur: Textusque Ordinationis Prouincialis notis illustratur.

& naturales aut etiam vnitos habent superstites, fatis fungatur, talis de omnibus suis bonis tum in matrimonium illatis, quam reseruatis, vt & de dimidio acquaestus libere testari potest q), quin alteri parti superstiti portionem aliquam Legitimae instar assignare debeat r); quamuis, ne alterum coniugem superstitem omnino praetereat, illi suadeatur s). Dimidium autem acquaestus ei nec adimere, nec grauare potest. Quodsi autem ab intestato moriatur maritus, sic proceditur:

1mo. Exsoluantur debita t), iuxta modum supra §. 96. relatum.

2do. His deductis, vxor omnia accipit, quae sua sunt u).

3tio. Ex aequaestu ea sorti bonorum mariti resarciantur, quae culpa coniugis superstitis illius bonis decesserunt x).

4to. Bona autem reliqua mariti vna cum residuo dimidii acquaestus (dimidium enim acquaestus mox vxori adiudicatur) diuidantur in quatuor partes; harum

q) L. G. O. P. 3. T. 88. §. 1.

r) Mand. de 22. Iul. 1777. §. 5.

s) L. G. O. T. 88. §. 2.

t) Ibid. §. 3. Methodum solutionis determinat. L. G. O. P. 3. T. 104. §. 2. vsque 12. inclus.

u) Ibid. P. 3. T. 88. §. 5. vsque 8. inclus.

x) Ibid. T. 88. §. 9.

rum tres, quoad proprietatem & vſumfructum, accipiunt proximi mariti, reliquam vero quartam eodem modo vxor ſuperſtes accipit;* praemoriente vero vxore caeteris paribus omnia eodem modo obſeruantur y). Quodſi vero bona coniugum illata ſtante matrimonio fuerint diminuta, eiusmodi diminutionem quaeuis pars pro dimidia ferre tenetur z).

§. CCXIV.

De ſucceſſione coniugum extantibus liberis vtriusque prioris matrimonii non vnitis, absque liberis vltimi matrimonii.

Cum hic & ſequentes tituli clarum compendium vix admittant, hinc verba legis hic refero: Tit. 89. P. 3. Ordinationis Prouincialis ſic habet:

Wann zwey Ehegenoſſene, welche beyde auch zuvor verheurathet geweſen, und aus denſelben vorgehenden Ehen Kinder oder Dichter haben, von einander abſterben, und ſolche Dichter oder Kinder hinter ſich verlaſſen, die aber durch Einkindſchaftmachung nicht zu rechten Kinder angenommen worden, und in dem letzten Eheſtand keine Kinder miteinander erzeugt hätten, zum Fall dann dieſe Kinder oder Dichter vorgehender Ehe von ihren Eltern des zwey

---

* L. G. O. P. 3. Tit. 88. §. 10. & 11.

y) Ibidem P. 3. T. 88. §. 12. vſque 14. incluſ.

z) Ibidem P. 3. Tit. 88. §. 15.

zwey Theils vergnüget, so erbet das überlebend Ehe-Mensch den vierten Theil von allen Haab und Gütern, so nach Bezahlung der Schulden, und anderer Vergleichung, darvon bey nächst vorgehenden 88. Tit. Meldung geschehen, übrig seynd, auch einen halben Theil der gewonnenen Güter, immassen und gestalt bey nächst gedachten Tit. geordnet ist.

Da aber die Kinder und Dichter voriger Ehe von denen verstorbenen Eltern nicht abgetheilet wären, diesfalls solle der Kinder oder Dichter Anzahl, wie viel derselbigen seyn, in acht genommen werden. Dann da der Kinder oder Dichter (jedoch alle Dichter, deren seyen gleich viel oder wenig, an ihren Eltern statt für ein Kind gerechnet) fünf oder darunter wären, so erbet das überlebende Ehe-Mensch einen sechsten Theil, an allen Güttern, so das Verstorbene hinterlasset, und ihme, wie gehöret, eigenen und gebühren. Wären aber der Kinder sechs oder mehr, so solle dem in Leben bleibenden Ehegenoß ein Kindstheil erblichen bleiben und werden; und kommet des Verstorbenen übrig Gut auf die Kinder und Dichter mit dem Eigenthum und Niesbarkeit, ist auch das überlebende Ehe-Mensch denenselben Kindern und Dichtern oder ihren Vormunden solche Verlassenschaft also balden einzuantworten, und zu behändigen schuldig. So aber in heurathlichen Abreden, oder hernacher in währender Ehe oder durch ein Geschäft dem überlebenden Ehegenoß in beyden obvermeldten

Fällen

Fällen ein mehres oder wenigers bedinget, versprochen, oder verschaffet wäre, bey solchen solle es bleiben, und hätte sich das überlebende Ehegenoß auf solchen Fall dieser unserer Verordnung nicht zu gebrauchen.

§. CCXV.

De Successione Coniugum extantibus ex vltimo matrimonio liberis legitimis & naturalibus.

Hanc determinat Tit. 90. P. 3. Ordin. prouincialis. Es ist bey den nachgehenden 96. Tit. und desselben §. 5 als dahin diese tractation eigentlich gehörig zu befinden, wann zwey Eheleut im Stand der Ehe Kinder miteinander erzeugen, oder per unionem prolium annehmen, daß dardurch aller derselbigen Eheleuth Haab und Gütter, liegend und fahrend, besucht und unbesucht auch Heyraths-Gut und Gegengeld, ganz und gar nichts ausgenommen, ein gemein Gut, und ihnen zugleich vererbet werde. Derohalben da der Eheleuth eins mit Tod abgehet, und das Ueberlebende sich anderweit nicht wieder verheyrathet, so bleibet es in allen Gütern sitzen, dieselbe seinen Gefallen nach zu gebrauchen und zu geniessen, auch damit zu thuen und zu lassen, als mit seinen eigenen Gut ohne Verhinderung männiglichen, und haben die Kinder an des verstorbenen Vatters oder Mutter Gut keinen benannten Theil, so viel und lang, bis die Theilung von dem überlebenden Ehegenoß verwürket, und anerbotten ist.

Es

Es mag auch solches in Leben bleibende Ehe-Mensch die Zeit seines Lebens aus die Güter ohnvertheilt beyeinander behalten, und kann durch die Kinder zu einiger Abtheilung oder Reichung des Zwey-Theils als ihrer Legitima nicht gemüßiget noch getrungen werden. Es wären dann Ursachen vorhanden, derenthalben, unseren Land-Rechten nach die Eltern zwey Theil verwürken, und mit denen Kindern zu theilen schuldig. Von denen oben unter dem 31. Tit. dieses dritten Theils gesagt ist.

Jedoch ist solches überlebende Ehe-Mensch seine Kinder von dem gemeinen Gut zu unterhalten, auch dieselbige zur Ehrbarkeit, Zucht und Lernung guter ehrlichen Künsten, Handthierungen und Handwerken dero Stands gemäß zu ziehen, und so sie zu ihren Jahren kommen, ehelichen zu bestatten und auszusteuren schuldig. Aber nach gethaner Abtheilung und Entrichtung des Zwey-Theils seynd die Elteren ihre vergnügte und abgetheilte Kinder mit Unterhaltung weiter zu versorgen nicht schuldig.

§. CCXVI.

De Succeſſione Coniugum extantibus liberis poſterioris matrimonii naturalibus & legitimis, nec non prioris matrimonii nec vnitis nec ſeparatis.

L. G. O. P. 3. T. 91. sic habet: So sich zutrüge, daß der Mann von seinen Weib oder das Weib von ihren Mann Tods verführe, und das selbig verstor-

bene

bene Ehe⸗Mensch sowohl aus vorgehender als letzter Ehe Kinder im Leben verließ, und wäre zwischen solch⸗en Kindern ersterer und anderer Ehe keine Einkindschaft aufgerichtet, noch auch die Kinder ersterer Ehe von ihren Vatter oder Mutter abgetheilt, sondern hätten aus guten Willen oder Uebersehung ihnen ihren gebühr⸗enden und verwürkten zweyten Theil innen gelassen: diesfalls, so der Kinder rechter Vatter oder Mutter Tods abgehet, nehmen und erben solche Kinder den zweyten Theil aller deren Haab und Güter, so zur Zeit der Verbrechung der Hand vorhanden gewesen, und sie die Kinder nach solcher Handverbrechung hätten haben und nehmen können.

Da auch nach solcher Handverbrechuug der Kinder ein Erbschaft oder in andere Weeg etwas angefallen wäre, sollen sie dasselbige auch zuvor hinwegnehmen. Gienge auch diesen Kindern an solchen ihren Zwey⸗Theil oder angefallenen Gut etwas ab, aus Ursachen, daß in folgender, die Güter voriger Ehe aus Verursa⸗chen der Eltern geringeret und geschmäleret worden, so solle solcher Abgang von des verstorbenen Vatters oder Mutters dritten oder halben Theil der gewonnen⸗ oder errungenen Güter der Kindern voriger Ehe wiederum erstattet, und verglichen werden. Damit auch in diesen destoweniger Streit seye, und man wissen könne, was, und wie viel Güter solcher Kinder Eltern in die folgende Ehe gebracht, so wollen wir dasjenige Ehe⸗

Mensch, so sich anderwerths verheurathen, und seine leibliche Kinder von sich nicht abtheilet, auch, wie gehöret, keine unionem prolium aufgerichtet, ehe und zuvor dasselbige dem einen Ehe-Mensch ehelich beywohne, und sie Beyde ihre Güter zusammen thuen, verbunden haben, ein ordentlich Inventarium zu machen, und in dasselbig alle seine Haab und Güter, wie die vor Verbrechung der Hand gewesen, unterschiedlich und benanntlich zu verzeichnen, und einschreiben zu lassen: welches Inventarium und Beschreibung folgends allhier in unserer Stadt Wirzburg hinter das Land-Gericht, auf dem Land aber hinter dem Beamten, auch Stadt- und Dorfgericht geleget, und daselbsten verwahrlich behalten werden solle, damit man auf dem Fall der Noth sich desselbigen in obgesagten Fällen und sonsten habe zu gebrauchen. Wann nun die Kinder vorgehender Ehe, wie gehöret, solchen ihren zweyten Theil und angefallen Gut bekommen, so nimmt das überlebende Ehe-Mensch samt seinen in der anderen Ehe erzeugten Kindern sein zugebrachtes Gut samt allen deme, so es in währenden Ehe-Standt ererbet, oder ihm sonsten angefallen ist, neben seinen halben Theil aller in der Ehe gewonnen und errungenen Güter hinweg wie oben unter den 88. Titul. von Erbschaften der Eheleuthen, so eines von den anderen mit Tod abgehet, geordnet ist.

Und

